Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Ole Worm

Liber Aureus Philosophorum Aquilae Aristotelis De Mundi Fabrica Nucleum totius Philosophiae excorticatum exhibens quin imo omne quot ad Mundi naturam cognoscendam desideres, breviss. & compendiosiss. hic proponens. Iam nunc Nova Analysi, Notis, commentariis doctiß: quibus controversiae variae, Physicae, Astronomicae, Geographicae & Meteorologicae : cum Indice rerum Memorabilium

[Rostock]: [Rostock]: Hallervordius: Sax, 1624

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn749362987

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

60. b. 12.

p. 1-2 in Rfa – 3030, a²
fehlt – 6

Rt 157 (1)^b

~~Rfa – 3030, a^1-2~~

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn749362987/phys_0002
DFG

Ex Donatione Willebrandiana.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn749362987/phys_0003
DFG

LIBER AUREUS
PHILOSOPHORUM AQUILÆ
ARISTOTELIS
DE
MUNDI FABRICA
Nucleum totius Philosophiæ excorticatum exhibens quin imo omne quot ad Mundi naturam cognoscendam desideres, brevis. & compendiosiss. hîc proponens.

JAM NUNC
NOVA ANALYSI, NOTIS, commentarijs doctiss: quibus controversiæ variæ, Physicæ, Astronomicæ, Geographicæ & Meteorologicæ, enodantur; Illustratus

AB

OLAO WORM D. Physices in Academia Hafniensi Profess. publico.

Cum Indice rerum Memorabilium.

Curante Johanne Hallervordio Bibl. Rostoch.

Typis MAURITII SAXONIS, Anno

M. DC. XXIV.

Illustrissimi ac serenissimi Principis

DN. CHRISTIANI V. DANIÆ NORVEGIÆ &c.

Regis designati Aulæ Magistro,

Viro

Genere & Virtutibus Nobilissimo

DN. CHRISTIANO THOMÆ

Domino de Tannerup. &c. Fautori & Patrono meo suspiciendo S.

Quid causæ sit, Vir Nobilissime, cur tot præclara ingenia, animi nervos in enucleatione aurei istius libelli, quem justinus Martyr in cohortatione ad Græcos, Ἀριστοτέλους πρὸς Ἀλέξανδρον τὸν Μακέδονα λόγον vocavit, intenderint: non est quod scrupulosè inquirat is, qui vel per transennam illum inspexerit. Res etenim quas tractet si considera-

thodi rationem adeo ὀφθαλμοφανερῶς exhibitam à nemine viderem.

Quocirca cùm pensum quod ex officio in Græcis Poetis & Oratoribus mihi propositum fueram absolvissem, ac quid aggrediendum mihi jam esset deliberarem, nullam rem commodius studiis auditorum meorum in Regiâ hac Academiâ prospicere me posse sum arbitratus, quam si hunc ipsum Autorem illis proponerem, ex quo non solum Græcæ linguæ cognitionem, sed etiam rerum præclarissimarum, & totius ferè Physices adumbrationem haurire possent & sic unâ eademq; operâ & rerum & verborum copiosam sibi comparare supellectilem.

Quod meum institutum ubi feliciter ad umbilicum perduxissem, ac insuper ejus specimina aliquot publicè exhibuissem, non defuere qui niveis suis calculis conatus approbarunt, utq; bono publico privatim proposita ederem, instigarunt. Quorum honestæ censuræ ne quod detraxisse videar, jussis standum arbitrabar: plurès paucorum bonorum æquas faciens Sen-

tentias, quam malevolorum ac Zoilorum plurium dentes Theoninos, quos ne Jupiter ipse, sive pluvius, sive serenus effugere poterit.

Hi autem mei labores & conatus, non uno nomine tuum vir generosissime, requirunt patrocinium. Praterquam n. quod is sis qui candidè de hisce & longè majoribus judicare & potes & soles; omnia quæ Autor noster in suo requirit Alexandro, in te meo reperiam ὑγεμόνων ἀρίστῳ, utpote cui semper cura fuit, μηδὲν μικρὸν, ἀλλὰ τὴν τῶν μεγίστων ὑφηρίαν μεπιέναι; ut non immeritò iisdem de causis impellar ad tuum patrocinium exorandum, quibus ille dudum ad suum Alexandrum compellandum. Hoc in primis stimulum addit quod singularem tuum favorem & benevolentiam in exteris, Anglia præsertim, non semel sim expertus, cui nisi aliquo gratitudinis & submissionis τεκμηρίῳ obviam irem, ne omnem grati hominis ideam contra naturam deposuisse viderer. Nec ingentes

illa

illæ quæ te circa illustrissimum Principem nostrum (ô magnum patriæ columen!) detinent curæ, rerumq; gerendarum molimina à proposito me avocare potuerunt: cum ea ab innato illo in literas & literatos amore te nunquam vel latum unguem dimovere posse, vel illud abundè arguat, quod non solum tuis sumptibus, iisq; largis, præclara ingenia in exteris alueris, quæ ecclesiis & Academiæ operâ suâ inservire & hisce studiis strenuè vacare tenerentur, sed etiam singularem tuum in Regiæ hujus Academiæ Professores affectum facto ipso crebrò declaraveris. Quin imò satis superq; exploratum non mihi solum, sed omnibus est, te talibus ubi per graviora licet, impensè delectari, nullisq; non benevoli affectus & favoris officiis cunctos bonarum literarum cultores prosequi. Hunc igitur obsequii & cultus devoti indicem, quin solito favore sis excepturus meq; in clientum tuorum numerum ascripturus minus ambigo. Idq; ut rogo, ita DEUM precibus imploro, ut te in Regnè

hujus emolumentum, illustrissimi Principis ornamentum, totiusq; ordinis literati commodum, eum generosâ conjuge & totâ prosapiâ diu nobis sospitem & incolumem conservet. Haffniæ Anni M DC XXIII.

T. G. Addictissimus

OLAUS WORM D.

DN. DO-

constans & firma fuit Aristotelis opinio lib. 4. & 8. phys. item 1. de cæl. & 2. de Gener. & corrupt. Quamvis hoc in libro, ex professo hanc non tractet controversiam. Expendantur saltem (ut alia infinita omittamus) hæc ipsius 8. phys. T. 53. ἀλλὰ μὴν εἴ γέ ἐστί τι ἀεὶ τοιοῦτον, τὸ κινοῦν μέντοι, ἀκίνητον δὲ αὐτὸ ἀΐδιον, ἀνάγκη καὶ τὸ πρῶτον ὑπὸ τοῦ κινούμενον ἀΐδιον εἶναι. Quod pari fere ratione ex proportione quam ordo naturalis requirit, infert T. 15. ejusdem libri.

II.

Dicunt Aristotelem statuere Intelligentias cœli motui affixas & primam causam neq; per se, neq; per accidens moveri. Hic à capite 2. duas ponere causas supernaturales & utramq; in DEO, quamvis altera ποιητικὴ, quæ orbem formavit, altera συνεγτικὴ quæ orbem conservat continet & regit.

Respondemus, Aristotelem quandoq; Intelligentias tanquam causas secundas (quæ primam non excludunt) affixas esse motui cœlesti existimare: Primam verò causam neque per se, neq; per accidens moveri, motu Physico & naturali, non vero hyperphysico supranaturali. Quin hanc quæstionem ex earum numero,

mero, de quibus probabiliter tantum, non vero Apodicticè disputatur à Philosopho habitam fuisse, haud absurdè quispiam ex iis collegerit quæ lib. 2. de cœlo c. 3, T. 17. hoc pacto profert: Διὰ τοῦτο ἔχει τὸ ἐγκύκλιον σῶμα, ὃ φύσει κινεῖται κύκλῳ ἀεί. Si igitur φύσει & ab interna Natura movetur, non eget externis Intelligentiis.

III.

Autoritate Clementis Alexandrini nituntur qui negant Aristotelem DEUM novisse, his quidem verbis: καὶ ὁ τῆς αἱρήσεως πατὴρ τῶν ὅλων οὐ νοήσας τὸν πατέρα, τὸν καλούμενον ὕπατον, ψυχὴν εἶναι τοῦ παντὸς οἴεται. Hoc vero libro, non solum non negat DEUM esse, sed inter ipsa DEI epitheta ponit τὸ ὕπατον: Sic n. cap. 6. τὴν μὲν οὖν ἀνωτάτω καὶ πρώτην ἕδραν αὐτὸς ἔλαχεν ὕπατός τε διὰ τοῦτο ὠνόμασται.

Sed multa falso Aristoteli attribuuntur, quæ vel ipse recitando ex aliorum obiter protulerit opinionibus, vel saltem probabiliter disputando in medium adduxerit. Qui quæso, potuit Philosophus DEUM ignorasse, cum tam præclara de eo à præceptore Platone, in Judæorum & Ægyptiorum Theologia versatissimo, hauserit? Quem latent ea quæ libr. 2. de Gen.

de Gen. & Corrupt. c. 10. T. 59. hisce protulit? συνεπλήρωσεν ὁ θεὸς τὸ ὅλον ἐντελεχῆ ποιήσας τὴν γένεσιν. Item 12. Metaph. c. 7. φαμὲν δὲ τὸν θεὸν εἶναι ζῶον ἀΐδιον, ἄριστον ὥστε ζῶον καὶ αἰὼν συνεχὴς καὶ ἀΐδιος ὑπάρχει τῷ θεῷ, ὅτι γὰρ ὁ θεός. Vide 2. de cæl. c. 3. T. 17. Problem. sect 30. probl. 5. & alia infinita, Scalig. Ex. 61. sect. 3.

IV.

Dicunt Peripateticos & eorum principem Aristotelem ad Lunam tantum usq; divinam providentiam extendisse. Hinc Origenes Aristotelem infra Epicurum locare haud veritus est. At in hoc libro inter alia multa de Providentia divina, c. 6. ita disserit: καθόλου δὲ, ὅπερ ἐν νηῒ κυβερνήτης, ἐν ἁρματι δὲ ἡνίοχος, ἐν χορῷ δὲ κορυβαντικὸς, ἐν πόλει δὲ νόμος, ἐν στρατοπέδῳ ὁ ἡγεμών, οὕτω θεὸς ἐν κόσμῳ.

At quamvis ex superius allatis, injuriam fieri Aristoteli nostro; tam ab Origine, quam ab aliis abunde pateat, tamen si evolvantur ea quæ toto fere cap. 8. Magnor. moral. lib. 2. de providentia divina disserit, ab hac calumnia abunde liberabitur. Ciceronem de hac controversia si consulas, videbis ipsum lib. 2. de Nat. Deorum Aristotelem in testem adducere, ut probet dari providentiam divinam per omnia

expansam, citat enim insignem Philosophi locum (ex 3. de Philosophia, ut quidam putant) quo specialiter demonstrat, infinitam esse Divinæ providentiæ vim & efficaciam.

V.

Hæc addunt: Autor hujus scripti Britanniam & Hiberniam describit, quas Alexandri tempore fuisse ignotas nemo nescit. Ita quidem ut ante audacem illam & primam Cæsaris expeditionem, multi teste Plutarcho, ne extare quidem usquam ipsam Britanniam putarint, sed deliria esse Poetarum, quæ de illa scribebantur, quia ἐκτὸς τῆς οἰκουμένης, id est extra orbem habitabilem esset, ac propterea alter orbis, teste Servio Grammatico à Poetis appellaretur.

Quis v. unius Plutarchi testimonium admiserit ad tantam controversiam decidendã? cum impossibile sit ipsum omnes Cosmographos & Historicos evolvisse, qui Mundum ante suam ætatem descripserunt. Imo verba ipsa contradictionem haud levem involvunt. Cum dicit *multos* ne extare quidem Britanniam *putasse*, eo ipso fatetur non omnes. Si tantum *putaverint*, ergo non demonstraverunt, vel probaverunt. Adhæc si existimaverint deliria

ria esse Poetarum, quæ de illa scribebantur; utriq; declarant Poetis quibusdam notam fuisse Britanniam & q idem ita, ut ab iis descripta sit. Aristotelem v. in omni disciplinarum genere versatissimum hæc non legisse, vel saltem ab aliis non præcepisse, quis crediderit?

Nec desunt Historici & Cosmographi idem declarantes. Ex innumeris paucos audiamus. Buchananus rerum Stoic. lib. 1. p. 5. contra Luddum ita disputat: *Ante Cæsarem natum. Britanniæ Lucretius meminit, Aristoteles longe prius apud Græcos, & non multo post Cæsarem Propertius cum ait:*

Cogor & in tabula pictos edisce re mundos.

Imò ante Aristotelem Orpheus Hiberniam, quæ pars est Britanniæ descripsit. Sic namq; de Hibernia Mercator in Atlante Minore. *Hibernia insula sequitur, Orpheo, Aristotili, & Claudiano Iverna* &c. & paulo post: *Hiberniam & Laverna procul dubiò ab Orphei & Aristotelis Iverna dimanarunt.* Quin & Plinius ipse lib. 4. c. 15. Britanniam insulam claram Græcis Latinisq; monumentis asserit, quidni ergo ejus quasi pars Hibernia.

At instant: Tapronabam quæ hic ab Arist. describitur, satis arguere ex ejus plureis hunc

librum non emersisse. Nam, inquiunt; si antè expeditionem Magni Alexandri hæc scripsit, quomodo ejus situm scire potuit, cum rex illè insulam illam detexisse dicatur? sin in ipsa expeditione, quid ineptum magis poterit excogitari aut quid φοξλικώτερον, quâ ut doceat quod ipse pridie fortassis didicerat, & de rebus parum eo tempore compertis, tam audacter loquatur?

Potuisse Aristotelem ante expeditionem de Taprobanâ scribere vel saltè ejus situ delineare, non dubitabit is qui quanta fuerit inter ipsum & Alexandrum Magnum familiaritas, consideraverit. Quidni vero ab iisdem situm ejus perciperet, à quibus Alexander eum cognovit, antequam classem eo ablegaret? verisimile enim non est, expeditionem hanc temerè, nulla de hisce terris præviâ famâ susceptam esse. Cujus rei nobis fidem facit Plinius lib. 6. c. 22. de ea sic differens: Taprobanen alterum orbem terrarum esse diu existimatum est Antichthonum appellatione. Ut liqueret insulam esse Alexandri Magni ætas resq; præstitere. At in ipsa expeditione si hæc scripserit, quid ineptum quid φοξλικὸν commisit? An ineptum rem notam describere? An φοξλικὸν

res

res præclarè gestas recensere. Certè cum animus fuerit totum mundum per partes describere, ineptus dicendus fuisset, si tam nobilem (siquidem ipsi nota fuit) omisisset. Cum institutum fuerit Alexandro breve totius Philosophiæ Theoreticæ compendium proponere, nihil potuit esse φορτικώτερον quam in Mundi delineatione illam partem omittere, quæ ab ipso Alexandro detecta & subjugata fuit, vel saltem ipso opere detegebatur, & subjugabatur. Verum hanc Insulam tempore Aristotelis cognitam non fuisse, mordicus negabit is qui ea legerit quæ Plato in Critia de Insulis Athlanticis, & Aristot. ipse in admirandis audit. de Insula à Carhaginensibus inventa fusè tradit. Nec dubium, quin si, Hannonis Carthaginensis monumenta, quæ τῆς λιβύης περιπλοῦν indigitavit, extarent, nos omni scrupulo liberent.

V. I.

Aristotelem hic Platonicorum & Pythagoreorum dogmata proponere dicunt, præsertim eo quod statuat quatuor esse τῶν λογικῶν εἰδῶν, Deos, Dæmonas, Heroas & Homines. Id autem potissimum ex eo constare arbitrantur, quod in principio c. 2. dicat Mundum esse ὑπὸ θεῶν, καὶ διὰ θεῶν φυλαττομένην τάξιν.

Quis unquam discipulo vitio verterit, quod præceptoris quandoq; proposuerit & defenderit dogmata, præsertim rationi consona? Tantum v. abest ut Aristoteles alienum hoc à se esse existimaverit, ut etiam τὰς ἀγράφους συνουσίας τοῦ Πλάτωνος αὐτὸς συνεγραψηται, teste Philopono lib. Phys. 4. com. 28. Imo v. dogmata præceptorum in discipulos translata, non semper manent iis adeò propria, ut non possint à discipulis perscribi, eisdemque rationibus & fundamentis stabiliri. Sed locus ille ex quo fundamentum objectionis depromunt, corruptus est. In nullo n. exemplari videre licuit θεῶν sed θεὸν, quamvis Apulejus juratus Platonis discipulus, in gratiam præceptoris *Deorum rectam custodiam*, verterit. Adeoq; διὰ θεὸν causam finalem potius, quam continentem aut conservantem innuit.

VII.

Cum duæ hic reperiantur mundi definitiones quarum altera Peripatum redoleat, altera Platonis & Pythagoræ placita, quibus etiam liber ipse ita respondeat, ut prior ejus pars Aristotelicè tractetur, posterior v. Platonicè, Philosophum hujus esse autorem non putant.

Quasi

Quasi verò Aristoteles nunquam eandem rem diversis explicaverit definitionibus, ad diversa respiciens, certè si ea quæ lib. 2. Post. Analyt. cap. 10. de definit. tradat, ponderentur, cum Zabarella ad contex. 46. cap. 7. lib. 2. Post Analyt. quatuor esse posse unius rei definitiones colligere licet. Ne diutius exempla quæramus, diversas Tonitru definitiones loco citato apud Aristotelem inspice. Tria itaque illa Logicorum Regula. *Unum & idem diverso modo consideratum, aliter atq; aliter definitur,* immotæ est veritatis.

VIII.

Aristotelem ubique cum repræhensione, nunquam cum laude à Platone dissentire multi notarunt: Hic vero Plato non ὁ γεναίος modo vocatur, sed & ipsius verba, crebrò proferuntur.

Quamvis quibusdam in locis acerbior esse videatur Aristoteles in præceptorem suum Platonem, præsertim iis in libris quos post dissidium scripsit: qualis tamen ejus fuerit in eundē affectus, abundè declarat ara ipsi post mortem, hac inscriptione erecta, teste Ammonio

Βωμὸν Ἀριστοτέλης ἐνιδρύσατο τὸν δὲ Πλάτονος
Ἄνδρος ὃν οὐδ' αἰνεῖν τοῖσι κακοῖσι θέμις.

Nec aliud exprimere hoc libro ausus fuit, ad Alexandrum scribens, ne nimiam rixandi libidinem proderet, & τῆς ἀχαριστίας suspectus evaderet.

I X.

Objiciunt Aristotelem nunquam προσφωνητικοῖς προοιμίοις usum esse, nec libros suos dedicare solitum, quod tamen hic apparet.

Pro varia intentione, varium eum usurpasse scribendi morem non mirum. Unde in iis quos publicè prælegit, neminē compellat, cum omnibus destinati fuerint: quos vero uni soli destinavit, eos præfixis dedicationibus eum obtulisse videmus. In horum numero cum hic de Mundo liber censeatur, utpote in gratiam solius Alexandri conscriptus, non sine gravi crimine ejus compellationem omisisset. Quod & in libris Rhetorices ad Alexandrum apparet. Nec dubium quin si omnia Philosophi extarent volumina, plura ejus generis cernere liceret. Meminit Diogenes Laertius librum de Coloniis (qui jam non extat) eidem Alexandro inscriprum fuisse. Audi Ammonium, τῷ δὲ Αλεξάνδρῳ καὶ περὶ βασιλείας ἐγράψεν. Præter morem Aristotelis esse in libris suis discipulos compellare, absq; dubio, dicent quoq; Illi at contrarium in fine Elenchorum videbis.

Ubi

X.

Ubi ex professo ipse Aristoteles libros quos de Mundo & Natura scripsit enumerat, ne verbo quidem mentionem facit hujus de Mundo, qui quidem si ab ipso conscriptus esset, utriq; his annumeraretur lib. 1. Meteor. cap. 1. Nam caput illud concludens hæc ponit: Κεδὸν δὲ τούτων ῥιθέντων τέλος ἂν εἴη γεγονὸς τῆς ἐξ ἀρχῆς ἡμῖν προαιρέσεως.

Verba ipsius Philosophi qui consideraverit hujus objectionis facile reperiet solutionem. In principio n. capitis ubi hæc ponit περὶ μὲν δὴ τῶν πρώτων ἀντίων τῆς φύσεως &c. propositum sibi fuisse de primis causis Naturæ non v. de Mundo differere, indicat. Quocirca recte concludit, quod ubi de iis quæ proponit, disseruerit, finem sui instituti sit consecutus. Aliud igitur est de primis causis naturalibus & universâ Physica fusè veterum errores refutando differere; aliud breve compendium totius universi, resectis errorum diverticulis, uni soli exhibere.

XI.

Autoritate Simplicii nituntur, quem affirmare putant Aristotelem nullum alium de mundo scripsisse librum, quam illum qui de

Natura extat, verba hæc adducunt: Αλλ εἴπερ βούλοιτό τις τὴν Ἀριστοτέλους περὶ κόσμου ἰδεῖν, ἐν πάσαις ὁμοῦ ταῖς φυσικαῖς αὐτοῦ πραγματείας περὶ κόσμου πραγματεύσασθαι ῥητέον.

Locus Simplicii contrarium non evincit, nam & inter πραγματείας φύσικας numerandus suo merito est hic liber, cum argumentum tractet physicum Physicè & alio referri nequeat. Quin etsi demonstraverit Simplicium hunc librum exclusisse, tamen an justis de causis id fecerit, dubitabitur. Fieri namq; potuit, ut vel hic liber ad ejus non pervenerit manus, vel tunc temporis inter reliquos Aristotelis libros physicos locum habuerit, disertè enim addit, οὐ ἀλλαχοῦ περὶ κόσμου εἰρῆσθαι &c.

XII.

Urgent adhuc Simplicii verba, quibus asserit Nicolaum Peripateticum περὶ πάντων ἐν τῷ κόσμῳ κατὰ εἶδος scripsisse; atq; hac de causa hunc esse non posse Aristotelis genuinum.

Verum quam hoc argumentum omni sit destitutum consequentia vel luscus videt. Sit ita: Nicolaus Peripateticus scripsit de Mundo, scripserunt forsan ante eum de eadem materia multi, scribunt adhuc indies, an idcirco Aristoteles

teles non scripsit? Quasi vero plures rem eandem diversimodè tractare non possent. Asserit Simplicius Nicolaum scripsisse περὶ πάντων τῶν ἐν τῷ κόσμῳ ἢ ἁπλῶς. Sed hic Arist. liber non est περὶ πάντων, nihil enim de plantis, nihil de metallis, nihil de avibus, nihil de piscibus; nihil de reptilibus, nihil de animalibus reliquis, imo nihil de ipso homine κατ' ἐξοχήν. Quocirca hic liber Nicolai dici nequit.

XIII.

Quod objiciant rursum, Aristotelem quoties Platonicæ opinionis meminerit, ita meminisse, ut præter malevolentiam & animi acerbitatem ejus dogmata labefactet: hic vero in ejus partes sæpe transeat, ad id superius sufficienter responsum arbitror.

XIV.

Methodi accuratum fuisse observatorem dicunt Aristotelem, adeo ut ἀναλυτικὴν in plærisq; ei valde fuerit familiaris, à divisionibus & particulis generalibus exordium capiens, quorum hic nihil penitus conspici existimant.

Res ipsa indicat Aristotelem in omnibus suis libris eadem usum non esse methodo, ut idcirco quidam interpretum ut Ammonius demonstrativâ, quidam, ut Zabarella Analytica

tica eum potissimum delectatum fuisse existiment. Imo ipsimet adversarii ultro largiuntur Methodum in hoc libro neglígi potuisse cum non tam docere, quam describere & delineare universum autor voluerit. Ex Methodo igitur certum indicium non depromitur. Quamvis Methodum Analyticam hic neglectam, qui asserit, in clara luce cæcutire nobis videatur; & ocularis demonstratio in tabellis nostris Analyticis uniuscujusq; capitis, contrarium abundè evincit.

XV.

Deniq; ex stylo ipso hunc librum Aristotelis non esse colligunt. Tria namq; in Aristotelis stylo observant acuratiores, τὸ τῆς λέξεως ἀκριβὲς, τὸ τῆς φράσεως ἀκριβὲς, καὶ τὸ τῶν ἐνιῶν ἀνεσφιγμένον. Quorum omnium hic nihil reperiri autumant. Orationem enim comptiorem esse dicunt, quam pro sanctitate Aristotelis, locutiones quoque minus acuratas neque constrictas, sed in tantâ brevitate describendi res singulas, sæpe luxuriantes.

Quicunq; scopum & institutum Philosophi in hoc libro consideraverit, ei mirum non erit, si stylum hic reperiat à reliquis aliquantulum diversum. Reliquos enim libros plærosq;

plærosq; in gratiam studiosorum Philosophiæ conscripsit, qui verborum apparatum respuentes terminis Aristotelicis assueti erant: hunc vero ad summum totius orbis Imperatorem, quem non solum rebus præstantissimis ornare, sed etiam verbis perspicuis delinire studuit. Parum abest quin ipsa illa quæquæ divinus Scaliger in librum x de Hist. Anon. de ipsius referat stylo hèic inferam: *Dicendi ratio*, inquit, *& stylus ipse quam φράσιν Græci vocant, omnino illius est. Elocutio omni nectare dulcior si quis est cui Atticæ illæ aures comparatæ sint. Neq; enim aut puritate Xenophonti cedit, aut structura Tuccididæ inferior est, aut dissimulata diligentia minor Isocrate. A Plutone nihilo nisi consulta brevitate differt, nulla in re secundus sapientiâ & judicii acumine, magno intervallo superior. Brevitatem autem non ubique servavit illam rigidam. Sed enimvero nihil eo interdum fusius. Quin superfluæ locutiones aliquando multæ dum Atticismos sequitur &c.* Nec vero stylus ipse ac Phrasium modos argumentum est sufficiens autoris cujuspiam, quandoquidem per imitatio-

imitationem ab alio effingi ita potest, ut vix ac ne vix quidem discerni valeat. Imo ejusdem autoris stylus & ætate, & proposito, & materiâ variari potest. Alius quidem est Platonis stylus in Phædro, quem adolescens scripsit, alius in libris de Republ. alius deniq; in Timæo. Quam varietatem Simplicius, & alii interpretes in ipso Aristotele agnoverunt: dum quibusdam in libris obscuritatem accusant, in quibusdam vero ut Topicis Meteorologicis & aliis perspicuitatem commendant. Deniq; quod τῆς ἐννοίας συνεσφιγμένης attinet, eos non ita proprios Aristotelis esse certum est, ut non alii autores iisdem usi sint, quod in Hippocrate Pythagoricis plærisq; & aliis multis videre licet.

Hæc sunt præcipua, numero quidem multa sed pondere exigua, quæ ad expungendum hunc librum è catalogo monumentorum Aristotelicorum, adferre solent. Quorum demonstratâ imbecillitate, restat ut hunc librum genuinum esse Aristotelis fætum statuamus, idq; sequentibus potissimum innixi rationum & testimoniorum fulcris. Si quid ad probandum conferat (ut omni jure debet) libri inscriptio, hic certè ulteriore opus non erit

erit rationum deductione. Inscribitur namq; Ἀριστοτέλης περὶ κόσμου πρὸς Ἀλέξανδρον: quo & autor qui inscribit Aristoteles sc. & is cui inscribitur, Alexander Magnus videlicet, & id quod inscribitur, liber nempe περὶ κόσμου, sine ambagibus indicatur. Nec quisquam repertus est qui alterius inscriptionis mentionem fecerit, aut hanc ipsam suppositiam esse firmis rationibus probare potuerit.

Eam etenim uberius confirmat caput primum, quod totius libri Proœmium est, in quo manifeste nomine compellatur Alexander, qui alius esse non potuit, quam magnus ille Macedo. Is enim solus inter omnes Aristotelis discipulos tam regio dignus fuit munere, utpote tunc temporis ἡγεμόνων ἄριστος καὶ μηδὲν μικρὸν ἐπίνοων ut in fine asserit.

Nec res hic tractatæ contrarium arguunt, cum ex ipsius Aristotelis penu depromptas eas esse, quivis in Philosophi scriptis versatus cognoscat. Licet quandoq; à præceptore Platone neutiquam discedat, ubi non ipse à veritate.

Justinus Martyr. in Cohortatione ad Græcos de hoc libro ita disserit: Ἀριστοτέλης δὲ ὁ πρὸς Ἀλέξανδρον τὸν Μακεδόνα λόγῳ, συντομόν

συντομόν τινα τῆς ἑαυτοῦ φιλοσοφίας ἐκτιθέμενος ὅρον, σαφῶς καὶ φανερῶς τὴν Πλάτωνος ἀναιρεῖ δόξαν, οὐκ ἐν τῇ πυρώδει οὐσίᾳ τὸν θεὸν εἶναι λέγων, ἀλλὰ πέμπτον αἰθέριόν τι καὶ ἀμεταβλητον ἀναπλάττων σῶμα, ἐν τούτῳ αὐτὸν εἶναι φησι. Quibus testatur, inter reliqua Aristotelem hoc libro breve Philosophiæ suæ compendium Alexandro Magno tradidisse. At regerunt hunc eum esse non posse librum de quo Justinus loquitur: Quia nihil hic quod Logicam sapiat, nihil quod Philosophiam practicam, Ethicam, Politicam aut Oeconomicā. At horum omnium compendium esse debebat, si totius Philosophiæ Aristotelicæ esset σύντομος, ut ait Justinus. Nec Justinus asserit librum hunc esse totius Philosophiæ σύντομον, sed saltem τῆς ἑαυτοῦ φιλοσωφίας. Quæ vero propriè sit Aristotelica Philosophia vel tyroni notum! Non Logica; eo quod ipse eam vocet ὄργανον ὀργάνων sive τῆς φιλοσοφίας χεῖρα, Non practica Philosophia: cum â multis ante Aristotelem, Socrate sc. Platone & aliis sufficienter exculta fuerit. Sed sola Theoretica, per excellentiam, titulum Philosophiæ Aristotelicæ promeruit, tum quia in hac plus

plus ſtudii & operæ poſuit, quam ante eum quam plurimi: tum quia ante eum â nemine ad tantam perfectionem perducta eſt. Inſtant hanc conſiderationem nihil ad Alexandrum aut omnino minus quam illa quæ πραχτικὴ vocatur. Oportuit igitur potius aliquid de regno, Rerump. mutationibus, liberorum educatione, & aliis ejus generis politicis ad tantum Regem exarare. Itane crambem bis coctam apponeret? Nonne Ammonius de Regno ad Alexandrum ſcripſiſſe fatetur? Nonne Laertius de Coloniis librum ei dedicaſſe affirmat, quem Αλέξανδρον ἢ περὶ ἀποίκων vocaverit? Præterea inſignes ejus Ethicæ & Politicæ commentationes annè huic ſcopo abunde ſatisfaciunt? Ut igitur in theoreticis eandem ei navaret operam, regiâ, hoc eſt compendioſâ methodo doctrinas acroamaticas ſecretiores hoc in libro tradidit. Urgent Juſtinum affirmare Ariſtotelem in libro de Mundo φανερῶς τὴν Πλάτωνος ἀναιρεῖν δόξαν, ἐκ ἐν τῇ πυρώδει οὐσίᾳ τὸν θεὸν εἶναι λέγων. Sed hic etiamſi capite 2. quintæ eſſentiæ fiat mentio, ſine ulla tamen Platonis reprehenſione id fieri. Opinionem hanc de ignea eſſentia in qua quidam Deum collocarunt, capite 2. hujus libri ex profeſſo refutari, qui non videt, talpa cæ-

cior est. Quid enim aliud sibi volunt hæc autoris verba? οὐρανοῦ δὲ καὶ ἄστρων μὲν αἰθέρα καλοῦμεν, οὐχ ὥς τινες διὰ τὸ πυρώδη οὖσαν αἴθεσθαι. Justinus Platonem hanc fovisse opinionem putat, quod & ex Timæo pag. mihi 544. colligitur, alii Anaxagoram, quod ex Arist. 1. de cœlo. c. 3. T. 22. probant. Uterq; igitur in eadem cum fuerit opinione, negari non potest Platonis quoq; hic reprehendi dogma, quod asserit Iustinus. Quamvis igitur manifestæ veritatis vi coacti fateri cogantur, quod licet ipsa formalia à Justino adducta hoc in libro non reperiantur, æquipollentia tamen & non dissimilia hîc existant: hoc tamen obstare videtur quo minus errorem fateantur, quod de Dei loco nihil hic agi existiment, quodq; non Plato sit qui reprehendatur sed Anaxagoras ut ex lib. 1. de cœl. cap. 3. constare arbitrantur. At utrumq; falsissimum esse caput secundum, quod citatur, abunde evincit. In frontispiciò n. hæc conspiciuntur; ἡς τὸ ἀνώτατον θεοῦ οἰκητήριον οὐρανὸς ὠνόμασται. De quinta v. essentia seu æthere paulo post in hũc modum loquitur: οὐρανοῦ δὲ καὶ ἄστρων οὐσίαν μὲν αἰθέρα καλοῦμεν, οὐχ ὥς τινες, διὰ τὸ πυρώδη οὖσαν αἴθεσθαι &c. ἀλλὰ διὰ τὸ ἀεὶ θεῖν. Reprehensum itaq; esse Anaxago-

Anaxagoram lib. 1. de. cœl. c. 3. T. 22. eo nomine quod cœlum igneæ esse substantiæ statuerit, ut ultrò largimur, ita negamus hinc sequi Platonem, ejusdem non fuisse opinionis, atq, hîc tactum non esse, cum & Platonem idem sensisse locus superius allegatus ostendet, & eum hîc intelligi Justinus asserat. Idemq; innuat particula pluralis numeri νῦν. De hac Platonis opinione differentem audi Ficinum in Platonis legum appendicem hoc modo: *Cœlum ex eo ignem appellat Plato, quod propriam habeat lucem, quæ præcipua ignis est qualitas, habet & perennem motũ qualem videmus in igne, & instar ignis non patitur mixtionem & quia nondum naturali depellatur loco, igitur non cogitur ascensu redire, sed revolvitur & actu lucet, virtute calet, omnino vero diversissimi est generis à nostro.*

Sed ad causæ nostræ patronos revertamur. Apulejus in præfatione libri de Mundo ad Faustinum sic ait: *Quare nos Aristotelem prudentissimum & doctissimum Philosophorum & Theophrastum autorem secuti quantum possumus cogitatione contingere, dicemus de omni hac cœlesti ratione, naturas & officia complexi, et cur, et quemadmodum moveantur explicabimus.* Quæ quidem, quamvis manifestè satis Aristotelem autorem

libri hujus esse dicant, non desunt tamen qui in contrarium ea detorquere haud dubitant, hinc colligentes ex Aristotele & Theophrasto consarcinatum esse hoc scriptum ac tandem ab Apuleio latinitati donatum. Quasi Apuleius dixisset, non se (qui interpres tantum est) secutum Aristotelem & Theophrastum, sed autorem hujus libri ex utriso; hunc collegisse lingua Græca, se tandem collectum in Latinum sermonem vertisse. Quod quantum sensui & contextui toti repugnet, vel pueri qui adhuc à ferulâ Grammaticâ valent, vident. Non n. autorem secutum Aristotelem & Theophrastum, sed se tanquam interpretem secutum Aristotelem & Theophrastum, qui hujus scripti autores. Innuit namq; Aristotelici moris fuisse quosdam libros discipulis evulgandos relinquere, quod huic quoq; contigisse verisimile est. Cum n. soli Alexandro fuerit deputatus, ab ipso autore sine læsione Regiæ Majest. fieri quod non potuit, à discipulo, post obitum commodè & nullo obstante factum est. Ut sic Autor Aristoteles, divulgator vero forsan existat Theophrastus. Confirmat hoc ipsum circumstantiæ variæ. Alexandro namq; inscriptus, cui nihil cum

Theo-

Theopraſto commercii, cum Ariſtotele v. quam plurimum. Philoſophorum prudentiſſimus & doctiſſimus ab Apuleio appellatur Ariſtoteles, Theophraſtus ſolùm autor. Prudentiſſimum a. & doctiſſimum quis eum non potius ſecutum dicat, quam eum qui ad prudentiam & doctrinam potius aſpiravit quam pervenit? Nec ſe Ariſtotelem ſecutum eſſe dixiſſet, niſi eundem pro authore indubitato agnoviſſet. Apuleji igitur judicio, hic liber Ariſtotelis eſt.

Inter primarios cauſæ noſtræ patronos adduceremus quoq; ſubtiliſſimum I. C. Scaligerum, ni diverſis ex locis ejus hæſitantiam in hac controverſia collegiſſimus. Quamvis n: in præfatione exercitationum ad Cardanum in hæc verba erumpat: *Qui liber de Mundo Philonis circumfertur patriis hæret narrationibus, parum admodum verſatur in noſtrati Philoſophia. M. Tullii commentarius de Univerſitate mutilus eſt injuria temporum. Apuleii ſimilis conatus autoris inſcitia aut incuria depravatus fuit. Solus ille labor qui Ariſtotelis nomini attribuitur, ejusmodi compendii inſcriptione, ſuſtinebat univerſæ Naturæ dignitatem, quæ humana poterat intellectione*

capi, nihilominus tamen Ex. 362. diversum, longè statuit.

Sed Franciscum Patritium audiamus qui Tom. 1. lib. 6. Discuss. Peripatet de hoc libro ita disserit. *Qui verò libri sint hi, quos Alexander queritur invulgatos in dubio est. Nam Plutarchus Metaphysicos Simplicius & alii interpretes Physicos autumant esse. Ego v. neutros existimo. Sed librum de Mundo, qui ipsi Alexandro inscriptus ab Aristotele est, eoq; ipsi totam, tum divinam, tum Naturalem Philosophiam, doctrinas sc. secretiores acroamaticas per compendium R. gio otio & ingenio accommodate tradidit. Neq; enim Physicus illis aut primæ Philosophiæ libris, quicquam continetur quod regio muneri inservire possit, imo potius omnia quæ non solum occupatissimum Regem delectare aut instruere non possunt, sed etiam otiosissimis studiosissimisq; & labor. s ingentes & tædium incutiant. E contra liber de Mundo & partes omnes ipsius, & ordinem & Geographiam & aeris passiones & divinam providentiam explicat. Quæ omnia Regi & populorum rectori & exercituum ductori maxime conducere queant &c.* Hujus igitur viri standum si sit judicio, non solum causa non cecidimus, sed etiam omnibus reliquis libris Arist. hunc præferendum esse obtinuimus.

Addam

Addam ex junioribus Fonsecam qui, in Proœmio librorum Metaphysic. Arist. c. 3 sic inquit. *Taceo librum de Mundo ad Alexandrum, qui si ab Aristotele editus est, ut quidam boni autores existimant, satis indicat Aristotelem multa de divina Natura, de beatu mentibus, de providentia, de animarum immortalitate & aliis hujusmodi rebus fusius scripsisse quæ in illud quasi compendium faciliori & gratiori stylo prætermissa etiam disputationum molestia in gratiam regis collegit.*

Agmen claudat Bonaventura Vulcanius, qui in præfatione Scholiorum & castigationū in hunc librum eundem sic commendat. *Cum itaq; magnus ille admirandusq; Aristoteles hanc Naturæ & rerum ab oculis remotarum investigationem cognitionemq; magno illo Alexandro quam dignissimam judicaret, totius universi accuratam descriptionem veluti in tabella quadam uno obtutu spectandam cognoscendamq; ipsi proposuit. Opus certè præclarum vereq; aureum quodq; non nisi ab ipso Naturæ Genio conjici potuit. Id inscripsit de Mundo, Mundi appellatione Cœli ac Terræ, & Naturarum quæ in iis continentur societatem complexus. Quod quidem Aristotelis scriptum ob exiniam doctrinam pariter atq; elegantiā in summo semper apud doctissimos quosq; omnis ævi Philosophos precio habitū fuit.*

Quo magis miror inventos esse nonnullos, qui id Aristotelis esse negaverint. Qui quidem præter quam quod plumbeis argumentis nitantur non satis animad vertunt, si aliquid ijs efficiant, quantum dignitatis Aristoteli sint erepturi. Cum n. tanta sit hujus libri excellentia, ut non nisi à Naturæ Genio scriptus censeri possit, consequens omnino fuerit ut si Aristotelem ejus autorem esse negent, alium præ Aristotele Naturæ Genium statuant, ut q3 cum à præclari illius elogii, quod docta antiquitas ipsi summo jure tribuit possessione, per vim atq3 injuriam deturbent.

Bessarionem Niceni cardinalem & Patriarcham Constantinopolitanum ejusdem quoque fuisse sententiæ, ex multis ejus locis in Platonis calumniatorem apparet.

Arsenius Episcopus Nomenbasiæ, qui principem Philosophorum apophthegmata Græca collegit ex capite sexto hujus libri multa allegat tanquam Apophthegmata ipsissimi Aristotelis, nullus dubitans hunc genuinum ejus esse fœtum. Hisce unanime illorum suffragium, qui opera Aristotelis collegerunt, & in unum volumen coêgerunt, addere si luberet, in immensum res excresceret. Inter omnes enim videre neminem mihi licuit,

licuit, qui hunc librum excluſerit, & tanquam ſpurium à reliquorum conſortio ſegregaverit. Non poſſumus igitur quin concludamus, librum illum περὶ κόσμου, qui nomine Ariſtotelis circumfertur, verum & genuinum ejus fœtum eſſe, nulloq; jure à quibuſdam, tanquam nothum & ſpurium è numero monumentorum Ariſtotelicorum expungi & evelli.

Argumentum hujus libri de Mundo.

Hic liber rite dicitur Ἀριστοτέλους & quidem περὶ κόσμου: de Mundo namque ita agit, ut præmiſſa Philoſophiæ Theoreticæ commendatione, ac dedicationis rationibus, quid ſit Mundus doceat, quomodo dividatur, quæ ejus partes principaliores, quid cœlum, qualis ſuperiorum harmonia Terræ item quæ ratio ac ad mare & reliqua elementa proportio. Quas omnia hæc affectiones & πάθήματα ſuſtineant, cur deniq; cum in Mundo tot contraria & repugnantia reperiantur, non dudum ad nihilum ſit redactus. Hinc ad cauſam efficientem, gubernantem & conſervantem univerſam hanc machinam tranſit, quam eſſe DEUM optim. Maxim. oſtendit, cu-

jus

jus qualis sit gubernandi ratio, quæ nomina ac proprietates, ex eâ, quâ ipse imbutus fuit Theologiâ demonstrat. Atq; sic resectis ac rejectis, spinosis controversiarum & difficultatum salebris, totam de Mundo doctrinam, regia plane methodo, in pulcherrimo & clarissimo hoc speculo spectandam offert.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΗΣ ΠΕΡΙ ΚΟΣΜΟΝ.	ARISTOTELIS DE MUNDO.
Κεφάλεον α.	Caput primum.
Πολλάκις μὲν ἔμοιγε θεῖον τι καὶ δαιμόνιον ὄντως.	*Mihi quidem sæpe divina quædam res, Alexander &c.*

χήμα capitis primi

- *Caput primum constat*
  - *Laudatione Philosophiæ Speculativæ sumpta à*
    - *subjecto*
    - *fine*
    - *præstantia*
    - *subtilitate*
    - *mediis quibus utitur causa impulsiva comparatione*
  - *Propositione acturus nempe de*
    - *Mundo*
    - *Corporum*
      - *Natura*
      - *Situ*
      - *Positione.*
  - *Dedicatione detita ab Alexandri*
    - *Magnitudine*
    - *Præstantia*
    - *Dignitate*



COMMENTARIA ET NOTÆ.

COnstat primum τιμῆμα, commendatione Philosophiæ Speculativæ, quæ circa Mundi contemplationem occupatur, Propositione totius libri summam continente, & denique Dedicatione & ejus rationibus.

Compellatio namq; Alexandro Magno tanquam hujus libri patrono, cum Philosophiam universam esse πρᾶγμα θεῖον καὶ δαιμόνιον proposuisset, tum præcipue hanc prærogativâ præ reliquis omnibus ejus partibus peculiariter sibi vendicare τὴν θεωρητικὴν demonstrat. Non enim circa entia rationis & humani cerebri figmenta, nec circa actiones, quæ plærumque ambulatoriâ diriguntur voluntate, sed circa τὴν θέαν τῶν ὄντων, revera existentium in rerum natura, absq; ullo humani intellectus adminiculo, versatur. Unde subjecti tam nobilis contemplationi finis præfixus est præstantissimus, ipsa sc. ἀλήθεια, à Plat. in Cratylo sic dicta qnasi ἀλη θεῖα divina quædam animi vagatio. Hinc emergit τὸ ὑψηλὸν καὶ μέγεθος quæ quamvis secum indissolubile habeant καλλίπνευμα, magnos tamen alioquin viros qui Philosophorum titulo superbiebant ab hoc studio absterruerunt. E quorum numero

mero Socrates (quem Aristoteles hic innuit) qui teste Euseb. lib. de præpar. Evang. cap. 5. Practicâ Philosophiâ contentus, eos qui se, Theoreticæ dederunt, stolidus arguebat, prætendens illud: *Quæ supra nos nihil ad nos.* At quantò sapientius Seneca: *O quam contemta res homo ni supra humana se erexerit.* Et alibi: *Nisi ad hæc admitterer non fuerat operæ pretium nasci.* Vel per τῶν ἄνω forsan non incommode intellexeris scientias aut Philosophiæ partes. Media quibus tam divinus thesaurus acquiritur, momentum hîc habent haud exiguum. Cum enim corporeâ mole in cœlum conscendere & divinorum Naturas ac proprietates rimari datum non sit: ἡ ψυχὴ λαβέσα ἡγεμόνα τὴν νῦν, τῇ διανοίᾳ omnia ista contemplatur, intelligit, ac ita proportionato instrumento divina illa apprehendit & tractat, τῷ θεῷ sc. ψυχῆς ὁμοιαθὲν τὸ θεῖα καταλαβέσθαι. Non immerito igitur τῆς ἀνοίας arguuntur stulti Aloidæ Otus & Ephialtes, qui fingentibus Poëtis, congestis montibus, corporibus cœlum petere & Jovem ipsum deturbare conati sunt. Hin: ab Iphimediâ Aloei uxore à Neptuno compressâ geniti sunt. Hom. Odyss. λ. Virg. Æneï. 6. Sed & causa impulsiva Philosophandi, non

parum

parum dignitatis Theoreticæ confert. Cum enim unicè optaverit προφητεύειν καὶ μεταδῶναι πάσιν ἀφθόνως τῶν ἰδίων, non vero spectare, vel sordidi lucelli spem, vel proprium commodum, huic tam eximiæ causæ, non nisi effectus excellens respondere potuit. Quin si collatio instituatur inter eos, qui etsi Philosophiæ Theoreticæ cumprimis dediti fuerint, nihilominus tamen immensâ difficultate absterriti uni tantum alicui ejus parti animum ita adplicuerunt, ut vel civitatem aliquam, vel fluvii unius magnitudinem, vel montis alicujus amœnitatem, vel alterius rei particularis ob oculos positæ naturâ descripserint, & eos qui totius Philosophiæ Theoreticæ præceptis imbuti, de universo Mundo, & rebus à sensibus remotis præclare disseruerunt: non possumus quin illorum μικροψυχίαν deploremus, horum v. μεγαλοψυχίαν admiremur & deprædicemus. Hæc enim θεωρία μικρὰ adeo oculos illorùm obfuscavit ut ad altiora & præstantiora, Mundum sc. καὶ τῶν ἐν κόσμῳ μεγίστων principia & affectiones, animos attollere nequiverint: quod si fecissent, reliqua omnia pusilla & nullius momenti esse intellexissent. Cum ἀδενὸς ἄξια πρὸς τὴν τούτων ὑπεροχήν. Hine

eloquen-

eloquentiæ parens Cicero 6. de Republ. exclamare non veretur: *Quod si corpore in sublimem aera quo loco cœli confinia sunt, & cum maribus omnibus terra jam evanescit traduci & Mundi vastitatem in cimius perspicere possemus, diceremus homines insanos quicunq; rerum istic quicquam mirantur.*

Philosophiæ Theoreticæ, quæ circa Mundi ejusq; corporum contemplationem versatur, dignitate & præstantiâ declaratâ, ad secundam hujus capitis partem, quæ totius operis continet argumentum, transit. Eâ autem promittit se acturum περὶ κόσμου καὶ συμπάντων ἐν κόσμῳ μεγίστων, sed cum restrictione, ὡς ἕκαστον ἔχει φύσεως καὶ θέσεως καὶ κινήσεως. Cum autem in omni subjecto, quod sub considerationem Philosophi cadit & Res considerata & modus considerandi spectetur, quorum alterum materiæ, alterum formæ obtineat rationem, utrumq; hic expressit. Nam Rem in hoc libro consideratam statuit esse κόσμον καὶ τὰ σύμπαντα ἐν κόσμῳ μέγιστα. Modum vero considerandi, καὶ φύσιν καὶ θέσιν καὶ κίνησιν. Quamvis non negligendum quod dicat se λεγεῖν καὶ καθ' ὅσον ἐφικτὸν θεολογεῖν *de hisce omnibus.* Ubi Apulejus illud θεολογεῖν de cœlesti ratione, vel

vel de rebus cœlestibus commentari, vertit. Theologiam n. veteres, interiorem de naturâ cœlesti disputationem vocasse asserit Vulcanius. Sed verisimile est autorem hac voce caput 6. & ultimum hujus libri innuere, in quibus de DEO tanquam causa rerum omnium tutrice & continente, simulq; ejusdem variis nominibus & appellationibus tractat.

Demum hoc opus ὑγεμόνων ἀρίστῳ inscribit, qui tempore Aristotelis in Græcia nullus alius esse potuit, quam Alexander Magnus: nec cum ullo alio tantam ei tum intercessisse familiaritatem testantur historici, ut mirum sit inventos fuisse, qui nomen Alexandri in vestibulo hujus capitis ab alio insertum asserant. Ii enim præterquam quod ex hisce abundè refutentur, monstrabunt necesse est, cui nomini hæc respondebunt, καὶ σοὶ ὑγεμόνων ὄντ ἀρίστῳ. Ad nomen Alexandri ut referant vel inviti coguntur, ita ut videant quã concinnè ultima primis respondeant. Causas dedicationis tres potissimum assignat. Prima est, quod Imperatoribus, Principibus & in summo dignitatis solio locatis, præcipue conveniat, τὴν τῶν μεγίστων ὑστορίαν μετιέναι, qualis hoc in libro continetur: cum Mundo majus nihil in

creatis

creatis reperiatur. Secunda: quod ipsius sit μηδὲν μικρὸν φιλοσοφίᾳ μεμένηκε. At ab hoc opere omnia pusilla, parva & de rebus leviculis concertationes sunt exclusæ. Promittit namq; tantum τῶν μεγίστων doctrinam. Deniq; quod conveniat ipsum tanquam ὑμνούντων ἄριστον, τοῖς ταύτης δώροις δεξιῶσθαι τὰς ἀρίστας. Præstantius autem donum non datur, quam id quod animum exornet & res omnes in tota Mundi Universitate tanquã in lucidissimo speculo, uno quasi obtutu conspiciendas offert.

Κεφάλεον β. Caput secundum.

Κόσμος μὲν οὖν ἐστὶ σύστημα ἐξ οὐρανοῦ καὶ γῆς καὶ τῶν ἐν τούτοις φυσέων &c. *Mundus est compages cœlo terraq; coagmentata, atq; ex iis Naturis quæ intra ea continentur &c.*

Χῆμα capitis secundi.



COMMENTARIA ET NOTÆ.

PRæmissis Philosophiæ speculativæ encomiis, capite secundo rem ipsam aggreditur Philosophus, utque decenter progrediatur methodo Analyticâ, primum mundum ipsum definit, deinde eum in duas partes dividit Mediam scilicet & Extremam, seu Terram & Cœlum; ac priore quidem missâ ex professo de posteriore agit, ejus naturam, partes, & affectiones recensendo, summamq; totius οὐρανολογίας brevibus, sed nervosis proponendo.

Quamvis autem Mundus, cum ens sit per aggregationem, exactam non admittat definitionem, nihilominus tamen bifariam ita à Philosopho describitur, ut ad ejus naturam delineandam non insufficientes conjunctim haberi valeant. Prior quidem à Peripateticis recepta hæc est: Κόσμος ἐστὶ σύστημα ἐξ οὐρανοῦ καὶ γῆς, καὶ τῶν ἐν τούτοις περιεχομένων φύσεων. Definitum seu descriptum est Κόσμος, cujus cum variæ apud autores extent significationes, in qua hîc sumatur inquirendum venit. 1. à κομῶ, τάξιν seu ordinem notat apud Herodotum, ut ἔφευγον οὐδενὶ κόσμῳ. 2. Modum seu rationem superaddit, unde κατὰ κόσμον, ordinatè decenter & aptè exponitur.

3. Disciplinam seu κατάστασιν: Sic Isocrates κόσμον πολιτείας vocat disciplinam seu rationem Reipubl. certè atq; ordinatè constitutæ. 4. Ornatum seu ornamentum, ut apud Sophocl. in Ajace: γυναιξὶ κόσμον ἡ σιγὴ φέρει. 5. Alteram mundi partem Terram sc. ut hoc capite autor dividit τὸ σύμπαν en ἕτερον τῆς κόσμου. 6. Ipsum cœlum. 7. Cretensibus dicti sunt κόσμοι qui Lacedemoniis erant ἔφοροι teste Philosopho 2 Polit. cap. 8. Denique pro tota hac Mundi universitate, quæ alias τὸ πᾶν & τὸ ὅλον dicitur, usitatè capitur, unde & Diogenes se κόσμε πολίτην professus est. In ultima hac significatione dicitur esse σύστημα quæ vox generis obtinet vicesac ipsam formam mundanam includit. Budæo *coagmentata* dicitur *compago*; Alcyonio *coagmentatio*, Apulejo *societas*, Musicis, *plenum modulaminis corpus* ex consonantiarum conjunctione constans, ut videre est apud Boet. lib. 4. Musc. c. 14. Differentia potissimum in his consistit, ἐξ ἑτέρων ἢ γῆς &c. hæc enim mundum determinat, simulque materiam ejus jam constituti comprehendit. Vocem enim ἑτέρων latiusculè hic capi arbitramur, pro toto illo corpore quod à superficie terræ ad extimum cœli se extendit. At cum

addit

addit τῶν ἐν τοῖς περιεχομένων aqueam molem à Terrâ minimè segregat.

Alteram illam definitionem Plutarchus de Placit. Philosoph. Pythagoræ attribuit; hic v. ab autore repetitur, quia veritati consona ac minus repudianda. Talis autem est: κόσμος ἐστὶ ἡ τῶν ὅλων τάξις τε καὶ διακόσμησις, ὑπὸ θεοῦ τε καὶ διὰ θεὸν φυλαττομένη. Genus in hac ejusdem est indolis ac naturæ cum eo quod in priori positum erat τάξις enim καὶ διακόσμησις Mundi formam, quæ in ornatu & ordinatione potissimum consistit, egregiè exprimunt, ac per illud τῶν ὅλων materia innuitur, quæ in superioribus dicebatur esse cœlum & Terra omniaq; in iis contenta: hæc enim conjuncta τὸν ὅλον κόσμον constituunt. Causa efficiens, conservans & continens est ὁ θεός, quod & pluribus cap. 6. hujus libri ex professo demonstrat, & aliis in locis haud obscurè innuit: libro scilicet de Gen. & Cor. c. 20. T. 59. & 2 Rhetor c. 23. Malè igitur Alcyonius Aristotelis pervertit sensum dum ὑπὸ θεοῦ vertit à Deo, ac πολυθέαν verbis Philosophi, præter ejus mentem, affingit. Finalem causam principalem expressam esse per διὰ θεὸν existimamus: innuit enim in ejusdem Deo, qui causa efficiens

Mundi est, gratiam, hæc omnia condita esse, ut scilicet à creaturis suis celebretur ac laudetur. Ab Apulejo igitur discedimus, qui *Deorum rectam custodiam* vertit; nam nec particula διὰ causam conservantem innuit; nec θεῶν, sed θεὸν legendum.

Ita descriptum & delineatum Mundum dividit, in μέσον καὶ ὑπερθεν, in Medium & illud quod est super Medium. Per Medium Terram una cum aqua innuens, per τὸ ὑπερθεν cœlum ipsum cum aeris elemento, quod ex sequentibus abundè liquet. Cœlo etenim, de quo hoc potissimum capite agere instituit aerem annectit. Μέσον illud quod Terram continere ait, ita describit, ut primo dicat illud esse ἀκίνητον, nec immerito, cum & ipsa Terra in qua est, sit immobilis. *Confirmata enim sunt columnæ ejus.* Psal. 74. vers. 3. *Non commovebitur.* Psal. 92. vers. 2. *In æternum stat.* Eccl. 1. vers. 4. *Fundata est super stabilitatem suam non inclinabitur in seculum seculi,* Psal. 103. v. 6. Deinde ἴσον, hoc enim ab immobilitate necessario dependet: & res æquilibris, in similis alicujus medio posita, non potest in aliquam partem inclinare aut vacillare.

Terra autem ipsa ab effectis haud minus eleganter commendatur. Appellatur enim φερέσ-

φερέσφιος, quia ut ait Lactantius lib. 7. *Ubertate frugum ac herbarum virentium pro natura ac usu cujusq; generis animalium, alimoniam ministrat.* Ἑστία παντοδαπῶν ζῴων dicitur, est enim vesta, focus ac lar domesticus uniuscujusque, utpote in lucem editos suscipiens ac alens, discedentes in viscera sua recondens. Denique jure merito & μήτης habetur, unde Lucret. lib. 2.

Quare magna Deûm mater, materq; ferarum,
Et nostri genetrix hæc dicta est corporis una.

Totum vero illud corpus quod Terram undiquaque cingit, quodque alteram mundi constituit partem, in continens & contentum dispescimus, per continens ipsum cœleste corpus, per contentum Astra intelligentes. Continens seu corpus cœleste, quod ἑρμὸς vocatur, à variis delineatur adjunctis, ac primo quidem quantitate finita. Est enim πάντη περιγεγραμμένον, vel ut B. vulcanius ex Apulejo legendum censet, ἀεὶ στερεότητι περιγεγραμμενον. Deinde ab officio: quod scilicet sit θεὸς καὶ ἀρῶν οἰκητήριον. Non quod infinita Dei majes-

sas ei tanquam domo includatur: sed quod maximè ejus omnipotentia in his eluceat. vel, ut ait Macrobius in Somn. Scip. *Universus Mundus* DEI *templum vocatur propter illos qui existimant* DEUM *nihil aliud esse, nisi cœlum ipsum et cœlestia ista quæ cernimus sydera, ideo ut summam omnipotentiam* DEI *ostenderent vix intelligi, nunquam videri, quicquid humano subjicitur aspectui templum ejus vocavit, qui sola mente concipitur; ut qui hæc veneratur ut templa, cultum tamen maximum debeat Creatori sciatq; quisquis in usum hujus templi inducitur, ritu sibi videndum sacerdotis.* Tertiò à motu, eo quod perpetuo motu circulari feratur in orbem, ac reliqua inferiora secum rapiat ἀπάυξως in consumationem seculi. Sed qui continenti corpori hîc ascribitur motus eum potius esse contentorum astrorum; cœli tenuitas, subtilitas, perfectio & variæ Astronomorum observationes evincunt. Quartò à figura sphærica, utpote omnium perfectissima & capacissima. Hinc motu circulari ἐυπλεχῶς cœlum moveri vult Aristoteles.

Cæterum

Cæterum hic motus, quem Astris potius quam corpori cœlesti competere diximus, ut melius & acuratius observaretur, ab Astronomis cœlo variæ ascriptæ sunt notæ, quibus intentum suum se melius assecuturos sperarunt. Inter has sunt πόλοι duo, qui dicuntur esse δύο ἀκίνητα σημεῖα κειμένων πρὸς ἀλλήλων, περὶ ἃ ὁ πᾶς κόσμος κινεῖται. Dicti sunt à πολέω id est στρέφω verto, circumago, eo quod circa ea universus mundus circumagatur juxta autorem: vel potius quod Astra circa ipsos cursus suos flectant. A Latinis *vertices* eandem ob causam vocantur, à quibusdam *Cardines*, quia Astra circa ipsos ut janua circa cardines volvitur. Situm polorum talem esse ait, ut si quis imaginetur rectam lineam continuam ab uno horum ad alterum διάμετρον habeat, seu ἄξονα totius Mundi, in medio Terram habentem, terminos autem polum utrumque.

De hoc Axe pluribus agunt Geometræ. Euclides quidam Axin dicit esse *sphæræ quiescentem illam lineam circa quam semicirculus vertitur.* Manilius vero hunc quem Philosophus fingi tantummodo oportere fatetur, tanquam revera existentem sic delineat:

Aera per gelidum tenuis deducitur Axis,
Libratumq; gerit diverſe cardine Mundum
Sidereus medium circa quem volvitur orbis.

Polorum alterum ἀρκτικὸν vocari aſſerit, qui eſt ἀεὶ φανερὸς ὑπὲρ γῆν ὢν, καὶ τὸ βόρειον κλίμα. Ita vero dictus ab ἄρκτος ſeu urſis, ſyderibus iſtis cœleſtibus ſeptentrionalibus, quæ à quibuſdam etiam Helice & Cynoſura appellantur. Nam juxta caudam urſæ minoris punctum illud eſt quod polus Arcticus dicitur, licet à quibuſdam ſtella ultima in ejus cauda pro eo habeatur. Alter ἀνταρκτικὸς dicitur, ὁ ὑπὸ γῆν ἀεὶ καὶ κέκρυπται καὶ τὸ νότιον. Quod tamen de nobis in ſeptentrionali plaga degentibus eſt intelligendum: nam Auſtralibus æque circa verticem eſt Antarcticus atque nobis ſeptentrionalibus Arcticus. Notandum vero Autorem hoc in loco de Polis primariis loqui, circa quos primus perficitur motus: non vero de ſecundariis Zodiaci ſcilicet & aliorum circulorum. De primariis hiſce ſic Virgilius:

Hic vertex nobis ſemper ſublimis, at illum
Sub pedibus Styx atra videt manesq; profundi.

Ut

Ut propius ad cœli naturam declarandam accedat dicit totum cœlum cum suis contentis Astris à Græcis appellari αἰθέρα, ab αἰεὶ θεῖν: eo quod semper & continuè circumgyretur ac moveatur; idem pluribus confirmans 1. de cœl. c. 3. T. 22. Nos tamen de contentis astris & syderibus potius quam de ipso corpore cœlesti hoc intelligendum esse supra innuimus. Tenuissimæ etenim & subtilissimæ essentiæ cum sit cœlum, motibus tam rapidis ineptum penitus esse existimandum. Præsertim cum S. Literæ non corpori cœlesti, sed stellis & astris in eo existentibus motum asscribant. Eccl. 1. vers. 5. *Sol oriri & occidere* dicitur, *properare ad meridiem & circumire ad Aquilonem.* psal. 104. v. 19. *Sol agnoscit occasum suum.* Job. 38. v. 31. *Nunquid conjungere valebis micantes stellas Plejades, aut gyrum Arcturi poteris dissipare.*

Errare vero eos existimat qui cœlum αἰθέρα vocatum putant διὰ τὸ πυρώδη ἕξιν αἰθεσθαι. Cœlesti enim naturæ repugnare asserit ignitum esse, eo quod ut inferiora, ex quatuor elementis non constet: sed ab iis sit diversum quid. Anaxagoram esse eum qui hîc à Philosopho reprehenditur non ineptè quidam

dam colligunt ex iis quæ 1. de cœl. cap. 3. T. 22. ponit ubi inquit: Αναξαγήρας δὲ κατὰ κεκρήτην. τῷ ὀνόματι τούτῳ οὐ καλῶς ονομάζει γὰρ αἰθέρα αὐτὶ πυρός. Justinus Martyr in cohortatione ad Græcos Platonem hîc innui ait; sed quidam in hoc eum errasse arbitantur, eò quod Plato in cratylo pag. mihi 46. sic dicat: *αἰθέρα præterea sic exponendum arbitror quoniam ἀειθεῖ circa ἄερα ῥέων, id est semper currit circa aerem fluens; quocirca & ἀειθεὴρ dici potest.* Sed Justinum facili negotio excusabunt ii, qui diligentius examinaverint ea quæ Plato de Astrorum natura disserit in Timæo pag. 544. sic inquiens: *Divini quidem animalis speciem ex igni maxima ex parte componebat, ut splendidissimum esset visuq; pulcherrimum*

Nomine & etymologia cœli ita exposita ad ejus descriptionem transit, quæ in hunc ferè modum ex ejus verbis elici potest. οὐρανὸς ἐστὶ στοιχεῖον ἕτερον τῶν τεσσάρων, ἀκήρατον τε καὶ θεῖον, ἐμπεριέχων τὰ ἄστρα. Generis vices obtinet στοιχεῖον, quod licet alias principium & elementum notet, tamen hoc in loco, cum manifestè segregetur à quatuor vulgo receptis elementis, idem notat quod 1. de cœl. T. 96.

οὐσία

οὐσία vel σῶμα. Differentiam specificam in eo primum constituit, quod non sit ejusdem generis elementum cum quatuor vulgatis: sed ἕτερον & diversum quo ad naturam & proprietates.

Deinde ἀνάγκαιον esse putat, quod si de corruptione elementari intellectum cupit, concedi aliquo pacto potest: ex elementis etenim non constat. Si de omni prorsus corruptione & alteratione loquatur, quod ex lib. 1. de cœl. cap. 2. & 3 colligitur, tam rationibus evidentibus, quam Sacris Literis & quotidianâ experientiâ falsitatis arguitur. Corpus etenim naturale cum sit, materiatum, potentiam contradictionis habens, ab alio, D E O scilicet, in esse dependens, finitæ essentiæ & magnitudinis; generationis & corruptionis aleam subterfugere nequit. Quod & S. Literæ evincunt; Psal. 102. v. 26, & seq. *Opera manuum tuarum sunt cœli, ipsi peribunt tu autem permanes & omnes sicut vestimentum veterascent. Et sicut operitorium mutabis eos & mutabuntur.* Eccl. 17. v. 29. *Quid lucidius Sole & ipse peribit.* Luc. 21. vers. 33. *Cœlum & Terra transibunt.* 2. Pet. 3. vers. 10. *Cœli magno impetu transient, elementa vero calore solventur*, in quibus de totali

totali corruptione potissimum sermo est. Sed ubi rerum testimonia adsunt, quid opus est verbis? Credisne stellas novas tempore Hipparchi visas; Venerem ab Augustino & Varrone, figurâ, colore & cursu variatam, sine cœlesti generatione & corruptione existere potuisse? ut ad nostrum seculum transeamus; quid aliud insignis illa stella Anno 72. in Cassiopea conspecta, illa item in Cigno Anno 1600. & in Serpentario 1604. arguunt, quam cœli corruptibilitatem? ut de Cometis cœlestibus nihil dicamus, quorum unum non ita pridem, prægrandem satis & terribilem, omnes in ipso cœlo vidimus. Θεῖον rectè à Philosopho vocatur, tum quia à DEO conditum & creatum, tum quia, ut postea inquit, τὰ θεῖα ἐμπεριέχει σώματα, astra videlicet & stellas, ac divinitatis quasi impressam circumferat imaginem; dum ab omni elementari qualitate, alteratione & corruptione est liberatum. Finis eo innuitur, quod sit ἐμπεριέχων ἀστρα: eo enim fine à DEO opt. max. creatum est, ut stellæ domicilium quasi suum haberent, in quo liberè moverentur & essent; non secus ac volatilia Aerem, natatilia aquam, gressilia & reptilia Terram pro matrice, hospitio & domicilio agnoscunt.

A con-

A continente corpore cœlesti ad contenta Astra digreditur; eaq; dividit in τὰ ἀπλανῆ seu fixa & τὰ πλανητὰ seu errantia. τὰ ἀπλανῆ ex eo potissimum describuntur quod sint ea, quæ τῷ σύμπαντι οὐρανῷ συμπεριφέρονται, τὰς αὐτὰς ἔχοντα ἕδρας. Licet sint qui circa polos Zodiaci fixas hasce circumrotari statuerint; tamen, si quis sit earum motus, cum tam lentus existat, ut vix observari possit, rectè dicit Philosophus juxta Physicorum dogmata, quod obtineant τὰς αὐτὰς ἕδρας. Has rursum dividit in eas quæ sunt in Zodiaco & quæ extra Zodiacum. Zodiacus vero seu ζωφόρος ἐστὶ κύκλος ὁ ἐγκάρσιος διὰ τῶν τροπικῶν διήκων. κῆ μέρος διημμένος εἰς δώδεκα ζωδίων χώρας; seu circulos obliquè cœlum per tropicos cingens, distinctus in duodecim animalium regiones. Dicitur ζωόφορος vel à ζωὴ & φέρω eo quod vitam quasi, vel ad eam sustentandam necessaria ferant Planetæ inferioribus, sub hoc circulo existentes. Vel potius juxta autorem à ζώδιον, unde Zodiacus, eò quod sit distinctus in δώδεκα ζωδίων χώρας. Per Tropicos obliquè cœlum à Zodiaco cingi asserit, eo quod Tropici bini in cœlo constituantur, alter Cancri, alter Capricorni,

corni, ita dicti à τρέπω verto, quoniam Sol in iis existens rursum se ad æquatorem cursu flectat. Divisio Zodiaci in δώδεκα ζωδίων χώρας intelligenda est secundum longitudinem, in qua partitione Astronomi hoc observant, ut unamquamq; harum regionum rursus in triginta æquales sectiones dispescant. Alioquin secundum latitudinem in sedecim circiter gradus dividitur, quos medium stringit Ecliptica.

Planetas vero ex eo describit, quod ἅπτοῖς πρότεροις ὁμιοπαχῶς κινεῖσθαι πέφυκεν, ἅτε ἀλλήλοις, ἀλλ' ἐν ἑτέροις καὶ ἑτέροις κύκλοις, ὥστε αὐτῶν τὸ μὲν προγειότερον εἶναι, τὸ δὲ ἀνώτερον. Nomen ipsum quod attinet, vocantur πλανῆται non quod revera errent; sed quod respectu stellarum firmamenti liberiore magis & flexuoso cursu ferantur, nobisq; nunc viciniores nunc remotiores appareant. Hinc Diogenes Astronomum falsè perstringens, hæc protulit: *Tu erras illa errare,* & Cic. 2. de Nat. Deor. *Falsò,* inquit, *vocantur errantes, nihil enim errat, quod in omni æternitate conservat progressus reliquosq; motus constantes ac ratos.* Addit ἅπτε πέφυκεν κινεῖσθαι ὁμιοπαχῶς ἅτε ἀλλήλοις, eo quod diversis

diverſis circulis atq; orbibus ferantur. Quamvis autem verum ſit Planetas inæqualiter moveri, nec fixis quo ad motum reſpondere; allegatam tamen cauſam rationi minus eſſe conſonam in ſequentibus declarabimus.

Stellarum naturam & diviſionem excipit Numerus & ſitus. Numerum fixarum ait eſſe ἀνθρώπινον ἀνεύρητον, in quo faventes ſibi habet S. Literas. Sic enim DEUS Abrahamo Gen. 15. *Suſpice cœlum & numera ſtellas ſi potes.* Deuter. 10. Jerem. 33. verſ. 22. Pſal. 146. Interim infinitas eas eſſe non ſtatuit, cum numerus dari poſſit iis major & corpus cœleſte quo continentur finitum ſit. Majores vero & notabiliores Aſtronomi in certas claſſas reduxerunt, ut quantum poſſibile eſſet, de iis aliqua exiſteret ſcientia. Situm quod attinet, eas omnes locatas eſſe ἐπὶ μιᾶς ἐπιφανείας aſſerit, quod obſervationibus tam veterum quam Neotericorum reſpondet, ſi per ἐπιφάνειαν unum ſummum corpus intelligas. Planetas vero non ut fixas, innumerabiles eſſe, ſed ſeptenario terminari, ex numero & ſitu orbium probare nititur. Quem tamen numerum recentiorum curioſitas adauxit, ut ex Nuncio ſydereo Galilæi de Galilæis apparet.

Ex nu-

Ex numero orbitum, numetum Planetarum quod eruat Autor, atque hos ipsos orbes tam graphicè depingat, ut scilicet sint ita constituti, ut superior ei subjecto amplior existat; Id & sanæ rationi, & observationibus, & S. Literis vim infert. Cum etenim subtilissimæ & tenuissimæ substantiæ cœlum esse ex libero cometarum motu & simplici refractione stellarum abunde comprobatnm sit, nec dimensionum penetratio in eo ulla, nec violetia quæ ab orbium raptu proficiscitur, nec collisio, sectio, tractio aut vacuum admitti possit, infinita quinetiam alia absurda sequantur, ut hi orbes exulent necesse est. Præsertim cum & Sacræ Literæ manifestè stellis ipsis stationem, ortum, occasum, retrogressionem & circuitionem attribuat, non vero orbibus: Gen. 1. v. 15. Eccl. 1. v. 5. Jos. 10. v. 13. Esa. 38. v. 8. Psal. 104. v. 19. Job. 38. v. 3. Nec fidelissimus DEI amanuensis Moyses vel verbulo horum mentionem injicit, cum alioquin reliqua corpora cœlestia à DEO creata acuratè describat. Situm quod attinet, eum ita delineat, ut ab Ægyptiis & Platone propagatus. Primam namque Planetariam sphæram dicit esse ἡ φαίνοντος καὶ κρόνε Saturni; Secundam φαέθοντος Διὸς

Διὸς λεγόμενȣ, Jovis. Tertiam πυρόεντος, ȣ ἡρακλέȣς καὶ Αρέος προσαγορευόμενȣ. Quartam Στίλβȣ quæ Ἑρμȣ, seu Mercurii vel Απόλλωνος. Quintam φωσφόρȣ, Αφροδίτης vel ἥρας. Sextam ἡλίȣ, ultimam τῆς σελήνης. Quamvis hæc sit Aristotelis de situ Planetarum opinio eam tamen ad φαινόμενα salvanda ineptum iudicarunt posteriores. Hinc quidam Venerem ante Mercurium ponunt; quidam, ut Chaldei & Ptolomeus Solem in medio, alii ut Aristarchus Samius, quem Copernicus sequitur Solem Mundi centrum statuit, ac reliquorũ situm variè mutavit. Quos omnes insecutus Nobilissimus Tycho Brahe, quod in omnibus hisce hypothesibus desideraret, invenit. Imo vix Astronomus reperitur quin aliquid peculiare, quod in hac materiâ carpat, habeat. Idcirco suam eis relinquentes litem, φυσικότερα tractemus.

A cœlesti regione ad Elementarem digreditur, ita tamen, ut prius in quibus hæ duæ iter se discrepent, ostendat. Ætheream regionem affirmat continere τὰ θεῖα σώματα, καὶ τάξιν κινήσεως, esse θεῖαν φύσιν ob naturæ excellentiam & contentorum nobilitatem; imo & τεταγμένην, ἀτρεπὸν τι, καὶ ἀνετεροὶ

ωτον καὶ ἀπαθῆ. Quæ tamen postrema quo pacto intelligenda ex sequentibus patet. Elementarem vero quam συνεχῆ Æthereæ asserit, contrarias ferè proprietates obtinere contendit: ea namque per omnia & omninò vult esse παχυτὴν καὶ τραπὴν καὶ φθαρτὴν καὶ θνητικὴν. Tota autem elementaris regio non ineptè in duas quoque dispescitur partes, superiorem, de quâ tantum agit hoc capite, & inferiorem de quâ sequenti. Superiorem vicissim dividit in ἰδίαν φλογώδην καὶ ἀηδῆ, de quibus ita agit, ut primo ex variis adjunctis ea describat, deinde in iis contenta & quasi fructus recenseat.

Supremam illam elementaris regionis partem, quamvis Peripatetici pleriqúe ignem vocare soleant, tamen ab hac appellatione autor hic abstinet, vocat enim eam ἰδίαν φλογώδην, λεπτομερῆ καὶ πρώτην τῶν τῆς ἀϊδιοῦς φύσεως, πυρωμένην, διὰ τὸ μέγεθος αὐτῆς, καὶ τὴν ὀξύτητα κινήσεως. Id est, substantiam tenuium partium, igneam, primam sub natura aerea, flagrantem ob magnitudinem & motus celeritatem. Neutiquam vero differre eam, ab aeris subtilissimâ purissimâ & supremâ parte, tum ex aliis Philosophi locis, tum

tum rationibus haud levibus probatur. Primo Meteororum 3. hæc habet: *In medio igitur & circa medium est gravissimũ & frigidissimum segregatum Terra & Aqua Circa hæc autem & attigua his est aer* καὶ ὁ διὰ συνήθειαν καλοῦμεν πῦρ: οὐκ ἔστι δὲ πῦρ. Ac rationem statim subnectit? ὑπερβολὴ γὰρ θερμοῦ καὶ οἷον ζέσις ἔστι δὲ πῦρ. Et paulo post: *Cur igitur in eo qui sursum est loco non cogatur nubes, hanc existimandum est causam esse, quia non inest aer solum* ἀλλὰ μᾶλλον οἷον πῦρ. Sequenti vero capite hæc habet: *Primo sub circulari latione est* τὸ θερμὸν καὶ ξηρὸν ὁ λέγομεν πῦρ. Ανώνυμον γὰρ τὸ κοινὸν ἐπὶ πάσης τῆς καπνώδης διακρίσεως, *attamen quia maxime natum est tale corpus exuri, sic necessarium est uti nominibus*, & plura quæ sequuntur in eundẽ sensum. Capite item 8. ejusdem libri hæc habet: τὸ ἔσχατον τοῦ λεγομένου ἀέρος, δύναμιν ἔχει πυρός. Ex quibus manifestè colligimus Aristotelem iis in locis non existimasse in rerum naturâ esse corpus quoddam elementare, ab aere, aqua & Terra diversum: sed saltem supremam Aeris partem ab ipso ignem vocari, non quod revera sit ignis; sed

διὰ συνήθειαν, & quia est οἷον πῦρ, & ἀνώνυμον seu vero carens nomine. Huic sententiæ suffragatur ratio optica à refractione desumpta infallibilis. Si namque sub Lunæ concavo talis daretur ignis qui ab aere diversam haberet essentiam, utique duo essent media Diaphana, per quæ Astra essent observanda & conspicienda, & per consequens duplex fieret refractio, quæ impediret quo minus stellas in vero ac proprio loco conspiceremus, & sic totá nostra corrueret Astronomia, utpote falsis principiis superstructa. Quod quis sanus admittet? Et sanè cum S. Literæ reliquorum trium elementorum, tam increationis historia, quam aliis in locis creberrimè mentionem faciant; neutiquam hoc elementum præteriissent, si à DEO creatum, aut in rerum naturâ extitisset. Interim haud dissimulandum, Aristotelem ipsum, & ante eum quamplurimos, cœlum ignem vocasse, ut Empedocles, Hippocrates, Timæus Locrus, Anaxagoras, Plato & omnes ferè Pythagorei, Ægyptii & Chaldæi; quos secutus Plinius, Augustinus & è neotericis Paracelsus, P. Severinus & alii, quorum opinio nec adeo absurda, nec rationibus omnino destituta;

si sci-

si scilicet per ignem nihil aliud quam substantiam λεπτομερῆ intellectum cupiant. De vocibus enim sollicitos nos adeo esse non decet, ubi de re constat; & notetur quod ignis vox usurpetur vel pro suprema subtilissima & φλογώδει aeris regione, vel pro cœlo ipso & æthereâ substantia; vel pro corpore aliquo incenso, quale est ignis noster culinaris. Vel denique pro elemento quarto, à cœlo, aere, aquâ & Terrâ distincto. Quam tamen significationem unà cum re rejiculam esse existimamus. Hanc vero ἰδίαν λεπτομερῆ καὶ φλογώδη describit primo à loco, quod sc. sit ὑπὸ τὴν αἰθερίαν φύσιν: nam inter illam & cœlum nihil est intermedii, ut ita fictitium illud quartum elementum, quod ignem esse volunt, excludat. Quin cum eam dicit esse πυρεμένην non insitâ naturâ aut proprietate; sed διὰ τὸ μέγεθος αὐτῆς, καὶ τῆς κινήσεως ὀξύτητα, abundè declarat eam non esse πῦρ. Aliud enim est τὸ πυρέμενον, aliud τὸ πῦρ. Imo cum huic igneæ substantiæ statim subjungat mediam aeris regionem, quæ ζοφώδης & παχυτώδης est, clarè innuit πυρώδη illam nihil aliud esse, quam illud, quod vulgo supremam aeris regionem vocare so-

lemus. Contenta & fructus hujus supremæ inter elementa & igneæ substantiæ, sunt τὰ σέλα, καὶ φλόγες καὶ δοκίδες, καὶ βόθυνοι, καὶ κομῆται, de quorum naturâ & generatione pluribus agit capite quarto. Notandum vero ex hisce firmissimum depromi argumentum, ad probandum Aristotelem alienum fuisse à sententia illorum, qui ignem quartum quoddam elementum esse volunt, à cœlo, Aere, Aquâ & Terrâ distinctum. In igne etenim nullum meteoron generari fateri coguntur ejus patroni: in hoc autem omnia illa quæ jam sunt enumerata.

Supremâ regione elementari ita delineatâ, ad sequentem pergit aeream scilicet, quam etiam à variis adjunctis sic describit. Ὁ ἀὴρ ἐστὶ οὐσία ζοφώδης καὶ παγετώδης τὴν φυσιν, ὑπὸ δὲ κινήσεως λαμπόμενος ἁμὰ καὶ διακαίομενος, λαμπρότερος καὶ ἀλεεινὸς. Id est, Aer est essentia, suâ naturâ caliginosa & congelabilis, sed motu illustrata & accensa Illustrior & tepidior. Per aerem enim hoc in loco, intelligit mediam & infimam ejus regionem, seu partem inferiorem, non vero totum illud corpus, quod à Terra ad ætheream usque se extendit. Heic namque Platonem præcepto-

præceptorem ſuum imitatur, qui in Timæo aerem in duas principales diſpeſcit regiones, hoc pacto: *Eſt aeris aliud genus puriſſimum agillimumq́; quod ætherem nominant, aliud turbulentiſſimum caligine nubibusq́; obſcurum &c.* De poſteriore hîc agit Autor. Hunc autem ὀϊσίαν voco, eo quod hac voce etiam utatur in ſupremæ ejus partis delineatione. ζοφώδης v. καὶ πεγετώδης τὴν φύσιν dicitur, ob inſitam humiditatem & caloris debilitatem, unde etiam reſpectu ſuperioris quodammodo frigida dici poteſt. Inſitam tamen hanc caliginem, partim à motu corporum ſuperiorum ita corrigi, ut & inferior hæc aeris pars translucida & tepidior exiſtat, ex eo colligitur, quod per illam ſtellas conſpicimus & radios ſolis & reliquorum aſtrorũ perſentiſcimus. Tria alioquin in Peripateticorum ſcholis eſt aeris diſtinctio in tres regiones, quarum prima ſeu ſuprema, cœlo proxima, calidior, ſiccior, & purior exiſtat; Media qua eam inſequitur, humidior debiliter calida & impurior. Infima calida moderatè, & humida, partim inſitâ naturâ, partim à vaporibus indies à Terra exhalantibus. Atque hujus etiam ſententiæ autor eſt Philoſophus 1. Meteor.

Fructus autem ſeu affectiones inferioris

hujus regionis naturam loci & matricis æmulantur, cum etenim dicatur esse παθητῆς δυνάμεως καὶ παντοδαπῶς ἀλλοιουμένης, quæ hic generantur, ut sunt: νέφη, ὄμβροι, χιόνες πάχναι, χάλαζαι, πνοαὶ ἀνέμων καὶ τυφῶνοι, βρονταὶ, ἀστραπαὶ κεραυνοὶ καὶ γνόφοι, ab hac alterabilitate & mutabilitate, ut non discedant necesse est.

COMMENTARIA ET NOTÆ.

MUndi τὸ ὑπερθεν capite 2. exposuit Autor, nunc τὸ μέσον aggreditur, φυσιογραφίαν totius Geographiæ & Hydrographiæ concinnè ob oculos ponendo: ita ut primo generalem Globi hujus inferioris ex aquâ & terrâ constantis delineationem & distributionem; deinde specialem Maris naturam & varias deviationes; demum terram habitabilem, tàm quò ad longitudinem & latitudinem, quam quò ad partes & terminos, ordine proponat.

Totum hunc globum inferiorem, quem in præcedentibus universi τὸ μέσον vocavit, à

situ



κεφάλαιον γ.

Caput III.

Ἐξῆς ὅ τῆς ἀερίου φύσεως γῆ τε καὶ θάλασσα ἐρήρεσται, φυτοῖς βρύουσα &c.

Ab aerea porrò Natura Terra protinus & mare situm habent fixum &c.

Schema Capitis Tertii.



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn749362987/phys_0070
DFG



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn749362987/phys_0071
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn749362987/phys_0072
DFG



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn749362987/phys_0074
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn749362987/phys_0075
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn749362987/phys_0076
DFG

situ describit, quod scilicet sit ea mundi regio, quæ est ἐξῆς τῆς ἀϊδίου φύσεως, in medio totius mundi posita, constans Aqua & Terra. De quibus agere instituit, non tanquam Elementis aut corporibus simplicibus: sed quatenus in usum hominum & animalium sunt constituta. Terram quidem tanquam utilissimam, hujus partem à variis commendat & describit adjunctis; stirpibus sc. animantibus, fontibus, fluminibus, herbarum amœnitate, montibus, nemoribus, urbibus, insulis & continentibus. Quæ certè cùm insigniter eam commendent & exornent, tùm finem simul indicant ob quem à Deo Opt. Max. creata & condita.

Antequam autem ad veram divisionem inferioris hujus globi descendat ex allata descriptione occasionem sumit inquirendi an vulgo recepta illa Terræ habitabilis distinctio in νήσους καὶ ἠπείρους vera sit? Ac hujus quidem quæstionis negativam tueri minimè veretur; asserendo universam Terram esse μίαν νῆσον. Idq; probat ex eo quod undiq; cingatur Mari Atlantico. Hîc notandum, quod quamvis Atlanticum Mare propriè dicatur illud quod Europam & Africã ab occidente alluit, quodq; Ptolomæus δυτικὸν seu *occiduum* vocat Dyonis. Alexand.

Alexand. ἑσπερίον: Martianus, *Vespertinum*; Florus, *Externum*: tamen hîc latius sumatur, ut apud Cic. in Somn. Scipionis, cùm inquit *omnis terra quæ à nobis colitur Atlantico mari, quem Oceanum appellamus, circumfunditur.* Sic Julius Firmicus ait *Atlanticum Mare terræ spatium in modum Insulæ undarum suarum circumfusione concludere.* Ne quis verò objiciat impossibile esse tam magnam dari Insulam: occurrit his verbis: πόλλας δὲ καὶ ἄλλας εἰκὸς τῆς δὲ ἀντιπόρθμους ἄποθεν κεῖσθαι, τὰς μὲν μείζους αὐτῆς, τὰς δὲ ἐλάττους. Ex quibus concludere licet, ei non penitus incognitam fuisse Americam, & forsan Terram Australem; quamvis tum non fuerit ab illo οἰκουμένη habita; aliæ etenim nobis cognitæ jam non sunt, Europâ, Asiâ & Africà majores. Deinde hoc probat à definitione Insularum; Sunt etenim quæ πρὸς τὰ πελάγη πεπόνθασι; ut in minoribus apparet. Cum itaque & hoc competere Terræ quæ tùm vocabatur habitabilis, existimarit, jure affirmat eam totam esse unicam Insulam. Demum ex earundem generationibus idem probare nititur: præcipuè verò causa efficiente, Aqua scilicet: sic enim inquit: ἡ δὲ συμπασα τοῦ ὑγροῦ φύσις ἐπιπολάζουσα κατὰ τίνας τῆς γῆς σπίλους

τὰς

τὰς καλȣμένας ἀναπεφυκῆα οἰκȣμένας. Cum etenim infra aeream regionem posita esset Aqua, ac sub ea Terra, cæpit quibusdam in locis cavernas quærere Aqua; sed ἐπιπολάζȣσα maximæ, ponderosissimæ ac gravissimæ Terræ parti, existenti ἐν τοῖς βυθοῖς κ̃ τὸ μεσαίτατον ȣ̃ κόσμȣ; reliquit eminentiores quasdam ejus partes habitabilis & proximas Aeri, in usum & commodum animalium & hominum. Unde concludit, τȣ̃τ' ἐστὶ ȣ̃ κόσμȣ τὸ πᾶν, ὃ καλȣ̃μεν κάτω. Cæterum quid de hac controversia determinandum nondum docuit experientia. Multis certè sumptibus & periculis immensis hujus rei veritatem explorare, (per novam Zemblam & alia loca transitum irrito conatu quærentes) conati sunt Belgæ & alii, sed hactenus spe frustrati, palmam in medio reliquerunt, aliis forsan majori felicitate acquirendam; quousq́; & nostrum quoq; suspendẽdum arbitramur de hâc re judicium. Ut autem harmonia universi melius ob oculos ponatur ac uniuscujusque corporis mundani situs acuratius intelligatur, dicta omnia in brevem contrahit summam hoc pacto: *Quinq; sunt elementa in quinq; regionibus orbicu-*

laribus

laribus incubantia, majore minorem semper complectente, ut tellurem aquâ, hanc aere, hunc igne, ignem vero ætheris globo coercente, universum hunc mundum constituunt.

Verum ne cui dubium moveat quod Autor hoc in loco enumeret πέντε στοιχεῖα cum capite præcedente 4. tantum ponat; observandum erit quod vox στοιχεῖον vel latiore vel angustiore sensu à Philosopho capiatur. Latius sumitur hoc in loco, ac idem est quod οὐσία vel σῶμα, ut 1. de cœlo t. 96. ac sic si aerem in duas distinxeris partes, universum hoc rectè dividitur in πέντε στοιχεῖα vel σώματα vel οὐσίας primas. Sin verò ad sola illud restrinxeris elementa physica, ex quibus mistum constat, ut multis in locis facit Philosophus, tria tantum habebis, vel divisio aere quatuor. Distinguere aliqui solent inter *Elementa* (id est partes) *mundi*, *& Elementa mistorum*, ut hæc quatuor vel tria, illa quinque vel quatuor sint, quæ distinctio eodem recidit. Nec cuiquam scrupulum injiciat, quod hic expressè inter Elementa τὸ πῦρ referatur: lusus etenim est in vocabulo; πῦρ namque hoc, illud ipsum est, quod capite secundo, ubi ex professo de eo agit, vocat οὐσίαν φλογώ-

φλογώδην, & 1. Meteor: 3. negat esse πῦρ; sed saltem διὰ συνήθειαν ita vocari, ut capite præcedente monstratum, ubi quoq; quo sensu inter elementa reponatur, dictum est.

Ut propius ad propositum accedat, asserit τὸν κόσμον ὅλον ex hisce 5. ita constitutum non incommodè quoque dividi in τὸ ἄνω, καὶ τὸ κάτω: quorum prius veteres voluerunt esse, εἰκητήριον θεῶν, posterius vero: ζῴων ἐφημέρων. Per θέας v. Astra commodè intelligimus; cùm Ethnica Theologia, teste Eusebio & Lactantio, & Astra & animas hominum in Deorum numerum retulerit, iisque pro domicilio cœlum æthereum assignaverit. ζῷα ἐφήμερα, & homines, & animalia cætera significant: nam ut inquit Cic. libr. 1. Tuscul. Quæst: *Confer nostram longissimam vitam cùm æternitate, in eadem propemodum vitæ brevitate, quâ illæ bestiolæ reperiemur.* Intelligit vero per ζῷα ἐφήμερα, unicum tantum diem viventia: de quibus, libr. 1. de hist. animal. cap. 5. & libr. 5. cap. 19. hinc Tuccydid. libr. 2. ἐφήμερα τὰ τε σώματα καὶ τὰ κτήματα ὁμοίως ἡγέμενοι.

Missâ suprema Mundi parte, utpote in superioribus abundè declaratâ, τὸ κάτω dividit in τὸ

in τὸ ὑγρὸν καὶ τὸ ξηρόν. Humidum rursum in ποταμοὺς νάματα καὶ θαλάσσας: Siccum vero, in γῆν ἠπείρους καὶ νήσους. Per γῆν arbitror Philosophum Terræ illam partem intelligere, quæ sub aquis est, non vero Terram in universum, cum sic sub se etiam & insulas & continentem habeat. Nec sibi contrarius est, eò quod antea negaverit Terram habitabilem recte dividi in Insulas & continentem, hic verò illud astruat. In superioribus etenim de Terra egit universâ quatenus respectum ad Aquas & Mare habet, hîc verò quatenus diversæ ejusdem partes invicem conferuntur.

Insulæ δὲ ξηρὸν principaliores partes sunt magnæ vel parvæ. Magnæ sunt περιρρεόμεναι μεγάλοις πελάγεσι. Atque talem quidem esse non solum totam hanc οἰκουμένην: sed & πόντους ἄπειρους affirmat. Ex quibus rursum colligere licet Aristoteli non penitus ignotam fuisse Americam aliasq; partes australiores. Et quidni tale quid sciret cum ante eum Plato in Timæo pag. 528. & in Critia pag. 670, Atlanticæ Insulæ extra Europam & Asiam sitæ mentionem faciat? Quid v. ipse de vasta illa Insula in mari extra Herculis columnas sita, narret, videatur in Admirandis Auditionibus.

Minores

Minores Insulæ sunt vel internæ vel externæ. Internæ dicuntur, quæ in Mari interiori seu Mediterraneo sitæ sunt, & dicuntur vel ἀξιόλογοι, ut, Sicilia, Sardinia, Cirnus, Creta, Eubœa, Cyprus & Lesbus, vel, ὑποδεέστεραι ut, Sporades, Cyclades & aliæ de quibus uberius Geographi.

Sicilia, quæ & *Sicania* & *Trinacria* à tribus promontoriis, fertur quondam juncta Italiæ, sed æstu maris tandem abrupta, juxta illud:

Trinacria quondam
Mutavere situm rupit confinia Nereus
Italiæ pars una fuit; sed pontus & æstus
Victor & abscissos interluit æquore montes.

Ab Æthico ita describitur: *Ab oriente cingitur Mari Adriatico, à meridie Africo, quod est contra Subventanos & Syrtes minores, ab occidente & septentrione habet Mare Tyrrhenum, à Borea usq; subsolanum, fretum Adriaticum quod dividit Tauromenitanos Siciliæ & nobilis Italiæ Brutios.* Ob fertilitatem Cato eam *Cellam penariam Reipubl. nutricemq; plebis Romanæ* appellavit *Horreum populi Romani* Strabo.

Sardo

Σαρδὼ ab Herculis filio ita dicta putatur, à Timæo, *Sandalioti*, à Myrsilio, Plinio teste, *Ichnus*, nunc *Sardinia*, ab ortu habet Mare Tyrrhenum, à meridie Africum, ab occasu Sardoüm, à septentrione Corsicam. Hæc ut ob soli fertilitatem commendatur, ita ob cœli inclementiam à quibusdam malè audit. Hinc Cicero in Epistolis *Sardoum quendam hominem Tigellium ait esse patriâ suâ pestilentiorem.* Copiosè hic provenire ferunt herbam Sardoniam, quæ ora ac rictus contrahendo, homines quasi ridentes perimit. Unde proverbium: *Risus Sardonius.*

Κύρνος. Hodiè *Corsica*, Ovidio *Therapne*, jam Genuensibus paret; à parte septentrionali Sardiniæ adjacet. Memorabile, quod ferant mellis hîc magnam reperiri copiam, quod amarum esse refert Servius. Idque quidam Taxo adscribunt è qua apes ibi illud legunt.

Κρήτη, Latinis *Creta*, hodie *Candia*, antiquitus *Æria*, *Curetis*, *Macaros* & *Macronesos*, Plinio teste; *Hecatompolis* Eustachio; *Idæa* & *Chthonia* Stephano: A septentrione habet Mare Ægeum, ab Austro Libycos & Ægyptios, ab occasu Mare Hadriaticum, ab ortu, Carpathium. Plinius vult omne quod in Creta nascitur infinitò

infinito pretio cæteris ejusdem generis antestare. Incolæ ob mendacia multis sunt suspecti, adeo ut in Proverbium abierit: Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γάστερες ἀργαί ad Tit. 1. v. 12.

Εὔβοια hodiè *Negroponte*, Insula est maris Ægei maxima, angusto freto à Bœotia distans, hujus Metropolis Chalcis, à quâ etiam quandoque tota Insula *Chalcis & Chalcodontis* à quibusdam dicta est. Strabo in hac duos amnes reperiri scribit, Cerum & Neleum, quorum alter animalium pilos albos reddit, quæ exeo potaverint, alter vero nigros.

Κύπρος, antiquitus, ut perhibet Plinius, *Acamantis*, *Cerastis*, *Aspelia*, *Amathus* appellata, inter majores maris Mediterranei recensetur Insulas, ob fertilitatem & æris fodinas celebris; unde Festus Pompejus antiquis *Ærosam* eam dictam vult. Aere, ob stagna tetrum vaporem exhalantia, fruitur valdè insalubri: Mons in eâ olympi conspicitur à Poetis pro ipso cœlo sumptus, & omni arborum genere undiq; vestitus & exornatus.

Λέσβος, *Hemerte*, *Lasia*, *Ægira*, *Pelasga*, *Æthiope* et *Macaria* Plinio, Hodiè *Mytilene*, maris Ægæi est Insula urbibus octo clara, ab

aeris salubritate & soli fertilitate commendabilis, marmore & Achate scatens.

Ad περιοδευτέρους refert Σποράδες & Κυκλάδες, quæ Insulæ sunt parvæ sparsæ in mari Ægeo, à Plinio libr. 4. cap. 12. sic descriptæ. *Cyclades & Sporades, ab Oriente littoribus Icarius Asiæ, ab occidente Myrtois Attice, à Septentrione Ægeo mari, à meridie Cretico & Carpatio inclusæ.* Atque hæc de Insulis maris interni seu Mediterranei brevibus attigisse sufficit.

Externæ habentur quæ Oceano exteriori clauduntur & sunt vel majores ut *Albion, Iernæ, Taprobana, Phebol*; de quibus in sequentibus, vel minores, quæ cum quamplurimæ sint ab Autore non recensetur.

Ab enumeratione & divisione Insularum, ad maris transit divaricationem. Primum vero illud dividit in *externum* ἔξω quod Ἀτλαντικὸν vel ὁ Ὠκεανὸς dicitur, extra scilicet, terram habitabilem situm, & *internum* ἔσω, quod ex Oceano à parte occidentali per angustas columnarum Herculis fauces irruente & quasi portum constituente oritur. Atlanticum dictum putant à monte Atlante in Mauritania sito, quem alluit. Hic autem teste Augustino

Augustino lib. de civit. Dei cap. 18. ab Atlante Promethei fratre, qui syderum motus in eo observavit & sphæram artificialem excogitavit nomen obtinuit. Ob altitudinem à Poetis fingitur cœlum dorso sustinere. Στηλαὶ ἡρακλείους dicuntur montes duo ad fretum Gaditanum siti, quorum alter in Europa *Calpe*, dictus, alter in Africa *Abila*. Ferunt etenim Herculem duos hos montes perpetuo jugo olim junctos, diremisse, ut aditus ad Mediterranea pateret Oceano, & essent instar columnarum labores Herculeos ad seram posteritatem propagantium.

Internum seu Mediterraneum mare ex eo describit quod ubi se per angustum illud fretum Gaditanum insinuaverit, mox dilatetur in varios κόλπους ac rursum coangustatum, non desinat, antequam dilatatum ad varias terrarum partes dilabatur. Quod Pomponius Mela clarius sic delineat: *Atlanticum*, inquit, *mare occidentale, hoc primũ per angustum fretum, nec amplius decem millibus patens passuum, terras aperit ac intrat, tum longè lateq; diffusum abigit vasta cedentia littora, iis denique ex diverso coeuntibus, propè adeo*

in arctum agitur, ut minus 1000. passibus pateat, inde rursus se, sed modicè laxat, rursusq; quam fuit arctius exit in spacium, quo cum est exceptum, ingens iterum & magnum Paludi Mœotidi, cæterum exiguo ore conjungitur. Id vero dividitur in dextram & sinistram partem. *Dextra* pars in binos præcipuos sinus, quos Syrtes vocant, insinuatur; quarum altera μεγάλη altera μίκρη dicitur. Dictæ sunt Σύρτης ἀπὸ τ̃ συρ̃ειν id est trahere eo quod nave; ad se trahant, ut vult Sulpicius in Lucanum, vel potius quod fluctus in iis limum, arenam, & saxa ingentia nautis infesta attrahant. Sunt namque hæ Syrtes, teste Melâ, *sinus duo in mari quod Africam Ægyptum versus alluit, nunc arenosi, nunc profundissimi & importuosissimi ob vadorum frequentium brevia magisq; ob alternos motus pelagi affluentis & refluentis.* Eas Lucanus libr. 9. Pharsaliæ eleganter hisce describit.

Syrtes vel primam mundo Natura figuram
Quum daret in dubio terræ pelagiq; reliquit, &c.

Minor post Lotophagos Ægyptum versus primum

mum occurrit & magnitudine centum ferè millia passuum capere dicitur, quà mare recipit, patere vero 300. qua cingitur. *Major* post Cinipen fluvium est, importuoso littore pertinax, unde non longè absunt Philenorum fratrum Areæ, qui ob limites patriæ, cursu certantes, vivos sese terra obrui passi sunt; ejus promotorium est Borion. Dextrâ Maris mediterranei parte ita expositâ, ad *sinistram* progreditur, quæ quamvis continua sit cum dextra, nec ab ea quo ad essentiam differat, tamen à diversis locis & regionibus quas alluit, varia obtinuit nomina. In tria namque principalia primum dispescitur Maria, Σαρδώνιον scilicet, Γαλατικὸν καὶ Ἀδρίαν. Quibus minus principalia, Σικελικὸν, Κρητικὸν, Αἰγυπτίον, Παμφύλιον, Σύριον, Αἰγαῖον καὶ μυρτῶον adhærent, omnia ferè sic dicta à regionibus quibus adjacent. Σαρδώνιον hic primo occurrit, sed post Γαλατικὸν ponendum arbitror, licet omnia quæ viderim exemplaria, hunc servent ordinem, & neminem interpretum, Apulejo excepto, hoc animadvertisse valde miror. Is etenim Aristotelis textum sic vertit. *Alter imparibus sinuatur, figuris, sed in maxima divisus est Maria,*

quorum unum Gallicum dicitur, alterum Africum, quod Aristoteles Sardinienſe maluit dicere, Tertium Adriaticum pelagus. Veriſimile igitur eſt, culpa ſcriptoris ordinem mutatum fuiſſe, cum Apulejus in ſuo exemplari naturalem ab Autore acceptum retineat. Ex Oceano namque in mare mediterraneum naviganti à leva primò occurrit Mare Ibericum Hiſpaniam alluens, quod quia ſinum non adeo magnum facit ab Autore omittitur: Hoc mox excipit Gallicum, ſeu Gallaticum, quod & ſinus major dicitur & ea eſt pars maris mediterranei, ubi Rhodanus ſe in illud effundit, teſte Strabone. Æthicus quoque in Coſmographia *juxta Arelatum mari Gallico Rhodanum flumen accipi affirmat*, & mox de Narbonenſi Gallia; *Mare Gallicum dicit eſſe inter Sardiniam & Balearias.* Primò itaq; inter enumerata ab Autore occurrit Γαλατικὸν, hoc mox ſequitur Σαρδώνιον, quod Maris mediterranei ea eſt portio quæ ab occaſu alluit Sardiniam & Gallicum ſeu Gallaticum attingit. Tertium in ordine vocat Ἀδρίαν, aliàs *ſinus Adriaticus & ſuperum Mare* Plinio. *Saturnium ſeu Cronium* ab Apollonio Argonautico vocatur.

catur, à Ciccrone ad Atticum & in Pisonem *Hadrianum mare*, à Lucano *Adriacum*, à Strabone, Mela & Tacito simpliciter *Adria* & interdũ *Hadria*. Recentiores in plures partes secare solent hunc maris mediterranei tractum: ubi n. per fretum Herculeum intraveris à sinistra primo occurrit mare illud quod Hispaniam alluit & *Ibericum* vocare solent, mox sequitur *Gallicum*, hinc *Sardoum*, post *Ligusticum*, deinde *Thyrrenum*, demum *Adriaticum*. Principalioribus hisce succedit primò, τὸ Σικελικόν, seu Siculum, quod Autor vocat ἐγκάρσιον propter obliqua Siciliæ littora, deinde τὸ κρητικὸν quod Cretam alluit. Cui conjunguntur ab una quidem parte Asiam versus ingentem sinum constituentia, Αἰγυπτίον, καὶ παμφύλιον καὶ Σύριον, ab altera Pontum versus, quâ Cyclades alluit μυρτῶον, quà vero Græciam & Asiam determinat Αἰγαῖον.

A mari mediterraneo ad *Pontum Euxinum* describendum pergit, qui quidem angustis faucibus à Mediterraneo mari cui continuum est, disterminatur, & describitur ex eo quod sinubus enumeratis ἀνλιπαρήκει ex adverso adjaceat, & sit πλυμερέσατος, siquidem ejus intima pars vocetur Μαιῶτις,

& exterior quà Hellespontum respicit συμεστάμωται τῇ προποντίδι. Arrianus integro libello Pontum Euxinum descripsit, & eleganter Plinius libr. 6. cap. 1. Pomponius Mela brevibus sed claris hunc in modum: *Ubi nostrum*, inquit, *mare se coarctat, Hellespontus vocatur: Ubi se expandit, Propontis ubi iterum se preßit, Bosphorus Thracius: ubi iterum se effundit Pontus Euxinus dicitur. Quà vero Mœotidi Paludi committitur, Cimmerius Bosphorus.* Peculiare hoc habet Pontus quod ejus aqua dulcior sit reliquis marinis & candidior, cujus rationem inter reliquas hanc reddit Philosophus Sect. 23. probl. 6. *Quod lacus omnes quam mare candidiores sunt. Pontus autem in lacus speciem propemodum transit, eo quod multi in eum fluvii effluunt.* Hinc 8. de Hist. animal. cap. 13. dicit *Pisces petere pontum pastus gratiâ, qui uberior & commodior ibi propter aquarum dulcium admistionem suppeditatur.* Et paulo post. *Tum itaque victus tum etiam partus gratia Pontum subeunt. Sunt enim ibi loca* εἰς τὸ τίκτειν *aptiora, & humor*

dulcior

dulcior ac potulentior fœtum melius educat. Scribunt Aquam ejus circa fundum salsam, in summitate vero dulcem esse, adeo ut si quis urnam ad ejus meditulliũ demittat, amaram & salsam exhauriat: sic enim Arrianus: ἦν δὲ κατὰ μὲν τοῦ ἐπιῤῥέοντος φάσιδος βάψαντα, γλυκὺ τὸ ὕδωρ ἀνειμήσασθαι, εἴ γ' εἰς βάθος τις καθεῖκεν τὴν κάλπην, ἄλμυρον, καὶ τοι ὁ πᾶς πόντος πολύ τι γλυκύτερον τοῦ ὕδατος ἔστιν ἤπερ ἡ ἔξω θάλασσα.

Ita explicatis singulis maris interni seu Mediterranei partibus, ad externum, seu Oceanum aut Atlanticum digreditur, ejus potiores sinus pari ratione delineando, ab orientali parte initium faciendo. Ab ortu igitur solis, influens Oceanus efficit κόλπον ἰνδικὸν καὶ περσικὸν qui simul constituunt Ἐρυθραν θάλασσαν, altero suo cornu fines Caspiæ & Hircaniæ præbentes. Duo enim quasi cornua hic sinus efficit, quorum alterum sinus Arabicus vocatur, & à quibusdam Mare rubrum; Alterum vero, sinus Persicus, quod Hircaniam & Caspiam terminare vult Autor. De mari rubro hæc Plinius: *Rubrum dixere nostri, Græci Erythræum, à Rege Erythra, aut ut alii, à colore*

Solis

Solis repercussu talē reddi existimantes, alii ab harena terraq́, alii tali aquæ ipsius natura. Verum Lusitani in suis navigationibus causam hujus rubedinis inquirentes, cum aquam teste Joann. Barrio lib. 8. decad. 2. cap. 1. è mari in navem hausissent, eam pellucidam ac omnis ruboris expertem viderunt. Plane igitur intellexerunt, non aquas ipsas in se rubeas esse, sed eum colorem in iis repræsentari ex arenis rubris, quibus maris illius fundus scatet. Hoc vero mare Dionysio *Æthiopicum*, Plinio & Melæ *Indicum*, Herodoto *Persicum* dicitur. Inter Africam & Taprobanen Insulam, Asiæ meridionalem partem alluit. Tam latè se extendens, ut & Indum & Tygrim & Euphratem flumina in se recipiat, ut ex classicis autoribus affirmat Ortelius in synonymiis Geographicis. Malè igitur restringitur ad solum sinum Arabicum à quibusdam, cum & eum & Persicum sub se contineat ut etiam docet Vadianus ex Plinio, Strabone, Herodoto, Mela, teste Simlero in Æthicum. Alterum vero cornu hujus maris eandem cum toto fortitur appellationem & *Sinus Persicus* per excellentiam vocatur Ptolomæo & aliis, ab autore describitur, quod

κατὰ

κατάστενον καὶ ἐπιμήκη διήκων αὐχένα πάλιν ἀνευρύνεται τὴν ὑρκανίαν τε καὶ κάσπιαν ὁρίζων.

Demum *Mare Caspium seu Hyrcanium* brevibus attingit, dum illud vastum locum ὑπὲρ Μαιῶτον λίμνην obtinere dicit. Priscis scriptoribus creditus est Sinus à Boreali seu Schytico Oceano in interiores regiones irrumpens. Hinc à Strabone & Pomponio Mela variè dividitur: sed Herodotus & Ptolomæus pedibus circumiri posse ajunt, quibus recentiores Historici & Geographi assentiuntur & lacum in Mediterraneis, undique ab Oceano remotum, totiusque orbis maximum agnoverunt. Principalioribus Oceani divaricationibus ita expositis, concludit illum qua parte Schytas & Celtas alluit, sensum Terram habitabilem coarctare usque ad sinum Gallicum & Herculis columnas, extra quas reliquam terram præterlabitur; ut ita quoque demonstret Terram habitabilem unicam esse Insulam. Verum hoc saltem intelligendum venit de ea orbis parte quæ Aristoteli cognita erat. De qua etiam diversæ extant Neoreticorum observationes.

Ab Oceano

Ab Oceano terram habitabilem circumdante transit ad Insulas in eo sitas quæ in principaliores & minus principaliores ritè distribuuntur. *Principaliores* sunt Pritannicæ & Indicæ. *Britannicæ* sunt Ἀλβιον καὶ Ἱέρνη; *Indicæ* Ταπροβάνη καὶ Φέβολ. Minus principales sunt μικραί περὶ τας Βριτταννικὰς καὶ τὴν Ἰβηρίαν. *Britannicæ* Insulæ describuntur, quod sint Νῆσοι μέγισται, ὑπὲρ τοὺς κελτοὺς κείμεναι. A Dionysio Alexandrino βρετανίδες vocantur. Sunt qui putant eos quondam unicam fuisse, à toto orbis continente Deucalonio Oceano discretam. Nomen traxisse volunt ab incolis qui olim se Glasto inficiebant ut terribiliores in bellis apparerent, omne enim coloratum *Brith* eos vocasse volunt, & *Tanta* Regionem, unde orta vox Britannia, quasi pictorum diceres Regionem. Harum autem Insularum prima dicitur Ἀβιὸν, Ptolomæo Ἀλουίον, aliis *Britannia* per excellentiam, hodiè *Angliam & Scotiam* sub se continet. Humfredus ex vetustissimis ejus Regionis monumentis hanc Insulam olim ab incolis vocatum fuisse PRYDAIN affirmat, ex quà Græci & Latini suam Britanniam hauserunt. Ejus verò nobilissimam partem *Angliam* dictam volunt

volunt ab Angela Regina, quæ Saxonibus hanc terram occupantibus, agros opesque distribuit incolis, vel etiam ab *Angeln* exiguo Holsatiæ tractu. Ἰέρνη *Hibernia* Cæsari, *Juverna* Pomponio, Ἰερνία Ptolomæo, multis antè sæculis ab Orphæo ἱερὴ dicta est. Frustra igitur laborant qui tempore Aristotelis eam incognitam fuisse arbitrantur. Si etenim Orphæus ejus cognitionem habuerit, quid de Aristotele dicemus? at taceam quod Plinius lib. 4. cap. 15. *Britanniam Insulam claram Græcis Latinisq; monumentis* asserat, quidni ergo ejus quasi pars Hibernia? ut de reliquis nihil dicam, de quibus in discursu de hujus libri Autore. Cæterum κελτοὶ hi supra quos Britannicas Insulas ponit Autor, Galli sunt. Celtæ enim antiquitus vocati sunt populi Galliæ comatæ inter Garumnam & Sequanam fluvios. A quibus *celtiberi* populi Hispaniæ ortum traxerunt. Sed antiquissimis scriptoribus, ut Herodoto & aliis ejus ætatis, Germani sub nomine celtarum comprehensi fuerunt. Quod Ptolomæus Celtos in Hispaniæ ferè ponat meditullio de celtiberis intelligendum arbitror? Vel distingue inter *Celtos & Celtas*, ut hi sint Galli, illi Hispani.

Si Aristo-

Si Aristoteli insularum in Oceano Danico fertilissimarum splendidissimarumque cognitio obtigisset, summo jure Regnum illud totius Europæ Cellam penariam, horreum inexhaustum, populorumque nutricem dixisset. Nisi enim ex eo, tanquam omnium vitæ necessariorum promptuario locupletissimo, tot boum millia, tot piscium omnis generis myriades, tantam frugum abundantiam exteri indies depromerent, multos fame perire necessum foret. Ut de generosissimorum equorum, à Germanis, Gallis, Hispanis, Italis aliisque tantopere ad bella expetitorum, immensâ copiâ quotannis hinc delatâ nihil dicam. Auri argentique nullum Regnum, nullum imperium, minori labore, minorique sumptu, majorem effundit signatam congeriem, unico hujus Regni telonio Croneburgico. Hinc si justâ lance cuncta expendantur; Dani nullorum; omnes vero eorum sunt indigi.

Inter Indicas Insulas est ταπροβάνη, quæ teste Ptolomæo olim Σιμοῦνδα & post Σαλίκη dicta fuit. Megasthenes apud Plinium scribit incolas Palæogonos appellari & Ptolomæo lib. 7. cap. 4. Σάλαι: hodiè Zeilon nominatur

tur hæc Insula Barrio & Corsalo testibus; idem constanter affirmante Varrerio & Ortelio. Mercator vero & alii Sumatram esse arbitrantur. Ut ut sit, fertilissimam fuisse constat. Aristoteles eam describit, quod sit πρὸς τὴν Ἰνδῶν, καὶ λοξὴ πρὸς τὴν οἰκουμένην; unde quidam occasionem cavillandi captant, & asserendi hunc librum Aristotelis non esse, eo quod ipsius tempore detecta nondum fuerit hæc Insula. Sed ad hæc à nobis in procemio responsum. Legat saltem qui volet, de hac Insula Plinium libr. 7. cap. 22. in hunc modum differentem. *Taprobanen alterum orbem Terrarum esse diu existimatum est, Antichtonum appellatione. Ut liqueret Insulam esse Alexandri Magni ætas resq; præstitere. Onesicritus classis ejus Præfectus Elephantes ibi majores bellicosioresq; quam in India gigni scripsit Megasthenes flumine dividi, incolasq; Palæogonos appellari, auri Margaritarumque grandium fertiliores quam Indos.*

Adde, si placet, ea quæ Autor habet in admirandis Auscultationibus, de Insula Vasta à Carthaginensibus inventa in Oceano extra

Herculis

Herculis columnas: & quæ Plato in Critia de Insulis Atlanticis scribit, aliaque quæ Plinius lib. 5. cap. 1. de Hannonis refert expeditione, non poteris quin fatearis Aristoteli cognitam & exploratam fuisse hanc Insulam. Remotiores etenim si descripserit, cur non etiam propinquiores ipsi essent cognitæ?

Ἡ φεβόλ quæ ab Autore juxta Arabicum sinum sita dicitur, non omnibus penitus cognita & perspecta est: Langius cum nec veteres nec novos scriptores ejus meminisse viderit, suspicatur, si non æstu maris absorpta sit, saltem vetus ejus nomen exoleviſſe. Quæ postrema ejus conjectura veritati magis videtur consentanea: Præsertim cum Ortelius in Synonymiis in ea sit opinione, quod Insula ab Orosio *Phebol* dicta, sit ea quæ Ptolomæo cap. 7 Διοσκοεΐδα dicitur, & Plinius Maris *Azanii* esse affirmat. Reliquæ μικραὶ quæ circa Britannicas & Iberiam circulariter quasi cingunt Terram hanc habitabilem, *Orcades* sunt, quarum 20. desertas esse, 13. vero coli affirmat Æthicus in sua Cosmographia. Ptolomæus esse numero circiter 30. asserit, lib. 2. cap. 3. Hisce forsan adjungendæ sunt *Hebrides* omnesque reliquæ circa Scotiam & Hiberniam, quarum

nomina

nomina ab Autore non ponuntur quia parvæ tantum sunt & tunc temporis minus celebres.

A mari tandem ad *Terram οἰκουμένην* secessum facit Autor, eamq; primò describit secundum longitudinem & latitudinem, deinde in partes dividit. Per οἰκουμένην autem intelligitur ea sola Terræ habitabilis pars, quæ tempore Aristotelis perlustrata fuit. Hujus itaq; πλάτος καὶ τὸ βαθύτατον τῆς ἠπείρου, ex sententia præstantissimorum Cosmographorum, qui rem fuerunt, dicitur esse circiter quadraginta millia stadiorum. Verum de ratione terram metiendi non eadem omnium est opinio, Philosophi, siquidem imaginantur hominem per Axem mundi extensum, cujus caput in Polo Antarctico, pedes in Arctico, manus dextra in oriente, sinistra in occidente, ut hominis longitudo capitur à capite ad pedes vel vice versa, latitudo à dextra in sinistram vel contra: ita etiam longitudinem terræ & mundi metiuntur à polo ad polum, latitudinem ab oriente in occasum. Cosmographi vero moderni considerantes Terram prout habitatur, latitudinem ponunt ab Æquatore versus polos, longitudinem vero ab occasu in ortum. At verisimile est Autorem cum Plinio

libro 2. cap. 108. Latitudinem Terræ habitabilis metiri à Meridie in Septentrionem; eo etenim magis coarctatur illa Terræ tum habitabilis pars, quàm ab ortu in occasum. Quocirca hanc quoque loco citato dicit dimidio ferè minorem esse longitudine: vult enim continere quinquagies quater centena sexaginta duo millia passuum. Stadium vero, per quod Terram habitabilem metitur Autor, non apud omnes ejusdem semper fuit mensuræ. Censorinus de die Natali, refert Pythicum pedibus millenis constitisse, Olympicum quadringentis, Italicum vero centum & viginti quinque. Gellius lib. 1. cap. 1. affirmat stadium quod Pisæ erat, sexcentos pedes habuisse & cætera quoque in totâ Græciâ. Plinius vero lib. 2. c. 23. dicit Stadium centum viginti quinque nostros effeeisse passus, hoc est, pedes sexcentos viginti quinque. Triti alioquin sunt hi de ratione mensurandi Geometricâ versiculi:

Quatuor ex granis digitus componitur unus,
Est quater in palmo digitus, quater in pede palmus,
Quinq; pedes passum faciũt, passus quoq; centũ
Viginti

viginti quinq; & stadium dant, sed milliare
Octo facit stadia, duplatum dat tibi Leuca.

Τὸ μῆκος seu longitudo Terræ habitabilis statuitur septuaginta stadiorum millia. Hæc autem longitudo pari ratione cum Plinio capienda ab ortu ad occasum, hoc est ab India ad Herculis columnas Gadibus sacratas. Ex Artemidoro refert Plinius eam continere octuagies quinquies centena septuagies octo millia passuum. Ex Isidoro, nonagies octies centena decem & octo millia passuum. De ejus ambitu non est hujus loci scrupulosius inquirere videat ea de re qui velit, Clavium in cap. 1. Sphæræ Johan. de sacro Boscko & alios qui ex professo hanc rem tractarunt.

Divisionem Terræ Autor juxta principia naturalia persequitur, dispescendo eam in Εὐρώπην, Ἀσίαν καὶ Λιβύην, unamquamque vicissim suis terminis & limitibus naturalibus circumscribendo. Mathematici alioquin, supposito totum orbem habitari, primo eum juxta umbras distinxerunt, & *Amphiscios* vocarunt, quibus ambæ sunt umbræ meridianæ, diversis anni

temporibus, una Borealis altera vero Australis: *Heteroscios*, quibus versus unam partem projicitur umbra Meridiana, & *Periscios* sub polo & ejus vicinia degentes, utpote circularem habentes umbram. Deinde juxta 4 habitationum formas, ut alii nobis sint *Antipodes*, alii *Antœci*, alii *Periœci*. Sed Aristoteles, relictis Mathematicis Physica tantum hic tractat.

Εὐρώπη ita describitur: Εὐρώπη μὲν ὀξὶν ἧς ὅροι κύκλῳ ςῆλαι τε Ἡρακλέους, καὶ μυχοὶ πόντου, θάλαττα τε Ὑρκανία, καθ' ἣν ςενώτατος ἰσθμὸς εἰς τὸν πόντον διήκει. Nec tamen dissimulat alios esse qui ab Isthmo illo inter Pontum & Mare Caspium, Tanaim fluvium pro termino Europæ habeant. Nomen ipsum quod attinet, ejus rationem ignorari vult Herodotus. Quidam ab *Europa* Tyria Agenoris filia, à Jove rapta etymon trahunt. Alii quibus fabulæ displicent, ab *Europo* quodam, qui quondam hic imperium obtinuit, deductum putant. Fines ejus & terminos quod spectat, veterum plerique cum Autore nostro in iis consentiunt, nec multum discrepant Neoterici. Mercator etenim cum Ptolomæo

Tanai

Tanai flumine ab Asia Europam dirimit, ducta ab ejus fonte versus Boream lineâ usq; ad Mare. Hinc Strabo formam Draconis ei tribuit, cujus caput Hispania, collum Gallia, corpus Germania, alas, dextra levaque referunt Italia & Cimbrica Chersonesus.

Asia, quam Varro ab *Asiâ* Nymphâ alii ab *Asio* Atyis filio, alii ab *Asio Philosopho*, qui Troi palladium ad urbis custodiam dedit, deducunt, ita delineatur: Ἀσία ἐστὶ τὸ ἀπὸ τοῦ εἰρημένου ἰσθμοῦ τοῦ τε πόντου καὶ τῆς ὑρκανίας θαλάσσης, μέχρι θατέρου, ἰσθμοῦ ὃς μεταξὺ κεῖται, Ἀῤῥαβικοῦ κόλπου, καὶ τῆς ἔσω θαλάσσης, περιεχόμενος ὑπότε ταύτους, καὶ τοῦ περιξ Ωκεανοῦ. Sed tamen & hic variare Autores innuit, dum quidam sint, qui Asiam totum illud tractum vocent, qui à Tanai ad Nili usque se extendit ostia, ita ut Ægyptus annumeretur. Et in hac quidem opinione fuerunt quoque Plinius & Strabo.

Restat tertia & ultima pars Terræ habitabilis juxta Autorem, Αἰβύη dicta, vel à *Lybia* Epaphi filia, vel quia Λιφύη; vel quod

inde Lips ventus spiret. Latinis *Africa*, ab Afro socio Herculis, teste Nicia, vel ut vult Josephus & Isidorus, ab uno ex posteris Abrahæ, cui nomen *Afer*. Festus à φρίκη quod horrorem denotat, deducit, eo quod ob calidam aeris temperiem, omni horrore frigido destituatur. Sunt deniqúe qui ab Ifrico Arabiæ Felicis Rege, denominationem trahant, is etenim primus omnium hasce terras coluisse fertur. Eam Autor dicit occupare tractum totum ἀπὸ Ἀρραβικοῦ ἰσθμοῦ, ἕως ἡρακλείας στηλῶν, sic etiam recentiores & inter eos quidem Mercator: *Terminatur ad Septentrionem mari Mediterraneo & Freto Herculeo, ad ortum sinu Arabico, seu Mari Erythræo & Isthmo qui est inter mare Mediterraneum & sinum Arabicum. Ad meridiem alluitur Oceano Æthiopico, ad occasum Atlantico.* Sed ii qui Ægyptum Asiæ annumerant non Isthmum istum, sed Nilum ab ortu fines Africæ constituere autumant. Ac si quid de hac controversia, quam movet etiam Autor, an Ægyptus Asiæ, an vero Africæ sint annumeranda, sentiamus libere

proferre

proferre liceat, cum Aristotele eam Lybiæ seu Africæ adjudicamus, natura duce, quæ eam ab Asia mari falso sinus Arabici & Mediterranei ferè distraxisse videtur.

Cæterum haud dissimulandum Europæorum Industriam adhuc quartam mundi partem detexisse, quantitate haud minorem veterum Asiâ, Europâ & Africâ simul sumptis, *America* dicta, ab *Americo, Vespucio*, qui post *Christophorum Columbum* Genuensem, alter ejus fuit inventor. Ob regionum amplitudinem & ejus nuperam detectionem à Columbo An. 1492. ab Americo 1497. factam, etiam quibusdam *Novus orbis* dicitur, & *India occidentalis*. Hanc quidam dividunt in septentrionalem & meridionalem, Isthmo secerniculum faciente, Castaldus Pedemontanus in Peru & novam Hispaniam. Regnum Peruanum 7. ait habere Provincias; Castilla de oro, Paria, Quito, Brasilia, Chilo, Dela plata, & Chineas. Novam Hispaniam duodecim. Ut sunt, Nicaragva, Sanctus Dominicus alias dicta insula Hispaniola & insula Cuba, cum aliis infinitis, Gvatimala, Mexico de Temistitan, La Florida, Xalisco, Nova

Gallecia, Nova Francia, Bacalos, Canada, Civola & Quivira. Hisce annumeranda venit quinta orbis pars *Terra* scilicet *Australis* nondum perlustrata, quæ à quibusdam *Magellanica* dicitur ab inventore Ferdinando Magellano, & *Terra del fuego*, ab ignium multitudine à præterna vigantibus animadversa, forsan ab incolis excitata ob hostium metum.

Quibus forsan non incommodè etiam adjunxeris *plagam septentrionalem*, & Terras polo Arctico adjacentes nondum penitus Perlustratas, nisi eas Europæ adjudicaveris, & cum Mercatore orbem Terrarum in tres continétes distinxeris, ut prima sit ea quam Autor noster in Europam, Asiam & Africam divisit; secunda quam nunc Americam vocamus; Tertia, Terra Australis seu Magellanica.

Demum tangitur ab Autore controversia de Insulis, an scilicet sint à partibus Terræ enumeratis ἐξαίρετα, an' vero adjudicandæ Regionibus quibus adjacent? Ac licet nihil determinare videtur, posterior tamen Quæstionis pars proximè ad veritatem accedit. Præterquam enim quod ipso facto,

facto, quicquid terrarum nobis innotuit veteribus incognitum, orientem versus, Asiæ; Meridiem versus, Africæ; Septentrionem versus, Europæ adscripserunt: etiam ab Imperatoribus & Principibus qui proximam continentem tenent, Insulas occupatas esse, & pro partibus dominii teneri, maxima ex parte videmus. Atque sic cum Philosopho hoc caput hisce concludimus: Γῆς μὲν δὴ καὶ θαλάττης βύσιν καὶ θέσιν, ἥντινα καλεῖν εἰώθαμεν οἰκουμένην τοίαν δὴ τινὰ ἱστορήκαμεν. Ad meliorem vero ejus captum, tabellam hanc apponere lubuit.

Κεφάλαιον δ. Caput IV.

Περὶ δὲ τῶν ἀξιολογωτάτων ἐν αὐτῇ καὶ περὶ αὐτὴν παθῶν, νῦν λέγημεν, αὐτὰ τὰ ἀναγκαῖα ἀνακεφαλαιούμενοι δυο γαρδήτινες ἀπ' αὐτοῖς ἀναθυμιάσεις ἀναφέρονται συνεχῶς εἰς τῶν ὑπερ ὑμᾶς ἀέρα λεπτομερεῖς &c.

Quas res autem tum in eo orbe tum circa eum consistere cōtingit, quibus ille rebus quodammodo afficiatur: earum ipsarum rerū ut maximè commemorandæ videbuntur, dicere porro aggrediemur, summam quandam colligentes.

COM-

COMMENTARIA ET NOTAE.

SUmmam quarti capitis libri de Mundo Auctor ipse brevibus sed tamen nervosis explicat, dum ait se ἀναγκαῖον εἶναι τὰ ἀξιολογώτατα τῶν ἐν τῇ γῇ καὶ περὶ αὐτὴν παθῶν. Non enim integrum commentarium de Meteoris seu affectionibus quæ vel in terrâ, vel circa eam contingunt hîc conscribere voluit; quod abundè præstitit in libris Meteororum; sed necessaria saltim repetere, & in certa capita distribuere. Quod etiam artificiosè præstat; primo generalia, causas videlicet præcipuè verò materiam harum affectionum; deinde specialia quæ vel in aere, vel in terra, vel in aqua fiant, quò ad generationis modum & causarum seriem describendo, ac certas in classes methodicè distribuendo, ut non immerito totius Meteorologiæ hoc dixeris compendium.

Cæterum has affectiones elementares hoc in loco τὰ παθη potius quam Meteora appellare voluit, tùm quod in aereâ regione non fiant omnes; tâm propter illam Analogiam quam habent cum passionibus & affectionibus corporis humani: ut vel exinde

carum natura melius intelligeretur. Quemadmodum etenim ex quatuor humani corporis humoribus exhalationes oriuntur vel ſiccæ, & fervidæ, quæ febrium & aliarum calidarum ſiccarumq; paſſionũ ac morborum cauſæ exiſtunt; vel humidæ à phlegmate & ſanguine putreſcente, quę morbos humidos, Hydropem, Febres ſudorulentas, & ejus generis alias producunt; ita quoque binæ hæ exhalationes, varias mundanas producunt affectiones, ab autore fuſius explicatas, quę non ſecus macrocoſmi perturbãt ſerenitatem, ac morbi dicti microcoſmi, ut ſimul harmonia majoris & minoris mundi pulcrè ob oculos ponatur.

Generalem de his affectionibus doctrinam auſpicatur à cauſis materialibus, quæ ſunt; ἀναθυμίασις ſeu exhalationes, & deſcribuntur, 1. à motu quod ſcilicet ἀναφέρονται συνεχῶς εἰς τὸν ὑπὲρ ἡμᾶς ἀέρα, quod continue exhalent, & ferantur in aerem. 2. ab earundem natura & proprietatibus, quod ſint λεπτομερεῖς tenuinum partium, & ſubtiles admodum, adeo ut videri omnino nequeant niſi πρὸ τῆς ἑῴας, ſeu tempore matutino. Ubi cum Budæo non faciamus, qui πρὸ

qui κατὰ τὰς ἑώας vertit ad *tractus orientales*, non enim conspiciuntur interdiu, aut tempore meridiano sed saltem mânè. Quin si autor locum aut tractum intelligeret, legendum esset κατὰ τὴν ἑῴαν subaudiendo μέρη. Rectius itaque vertit Apulejus *matutinis temporibus*, & Langius *oriente Sole*, ut legatur κατὰ τὰς ἑώας, subintelligendo ἀναπολάς. Tunc autem magis conspiciuntur, quia nocturno tempore, exhalationes crassiores sunt, & ob frigus antelucanum incrassantur, ut fulgori solis orientis obstent, ac ita facilius in conspectum veniant. Excipit etiam hîc illas exhalationes quæ à fluviis & fluminibus ascendunt, quas visibiles esse, ait, quoniam crassiores sunt & nec dum ab aeris & solis caliditate vel dispersæ, vel etiam subtiliores redditæ. De reliquis harum affectionum causis hic nihil agit, tùm quia brevitatem promisit; tum quia in libris Meteororum fusius de iis egit. Alioquin Efficientem agnoscimus corporum cœlestium, præsertim verò Solis & Lunæ attractiones, qualitatesque elementares primas. Forma cum varia sit, ex singularum descriptionibus & generatione patet. Finis quoq; multiplex,

tiplex, universi scilicet perfectio, mutua elementorum adæquatio, aeris expurgatio, terræ fœcunditas, futurorum prænotio.

Descriptionem harum exhalationum excipit divisio; quâ alia dicitur ξηρὰ καὶ καπνώδης sicca & fumida, quæ à terra ortum trahit, utpote siccâ, cujus indolem ut redoleat necesse est. Alia vero νοτερὰ καὶ ἀτμώδης humida & vaporosa, quia à naturâ aqueâ humida exhalat. Hîc notanda diligenter est regula Aristotelis Εσι δ' ὅτε τὸ ὑγρὸν ἀνθ' τοῦ ξηροῦ, ὅτε τὸ ξηρὸν ἀνθ' τοῦ ὑγροῦ, ἀλλὰ πάντα ταῦτα λέγεται κατὰ τὴν ὑπεροχήν. Licet enim diversæ sint naturæ, ac à diversis oriantur causis materialibus, hac tamen lege simul mistæ reperiuntur, ut altera dominium obtineat in alteram.

Sic generali materiâ omnium affectionum sublunarium expositâ, ad specialem earundem doctrinam descendit, ac primo quidem eas quæ in aere generantur dividit ratione materiæ, ita ut quædam dicantur ortum trahere ex humidâ exhalatione, quædam ex siccâ. Ex humidâ fiunt: ὁμίχλαι, δρόσοι, πάγων ἰδέαι, νέφη, ὄμβροι, χιόνες, χάλαζαι. Ex siccâ: ἄνεμοι, πνεύματα

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn749362987/phys_0113
DFG

μάτων διαφοραὶ, βρονταὶ, ἀστραπαὶ πρηστήρες, κεραυνοὶ & ejus generis aliæ; de quibus ordine.

Primum locum obtinet ὁμίχλη, quæ aliàs νεφέλη, Latinis Nebula à nubilo, quasi parva nubes. hæc definitur, quod sit ἀτμώδης ἀναθυμίασις ἄγονος ὕδατος, ἀέρος μὲν παχυτέρα, νέφους δὲ ἀραιοτέρα. Exhalatio ἀτμώδης seu vaporosa genus est; proximam ejus materiam includens, quæ ratio in definiendis meteoris Aristoteli familiaris, in primis cum verum genus Metereon scilicet notum est. Differentia in his consistit 1. quod aquam non gignat, quod de proprie dictâ Nebulâ intelligendum, quæ alias sterilis dicitur, cum alioquin altera ejus species caligo, haud raro in nubes cogi soleat ac postea mediatè imbrem generare. 2. quod aere sit crassior; ob vaporum scil. & exhalationum copiam. 3. Nube rarior, ob materiæ paucitatem, raritatem & subtilitatem, quia plerumq; generari solet ex rarissimo nubis principio, aut ex ejusdem reliquiis. Hujus contrarium dici solet αἰθρία serenitas.

Ἀρόσος ἀπὸ τοῦ δράειν à fugiendo, quod

orto

orto sole fugiat, Latinis Ros à raritate, teste Isidoro, ὃτι ὑχρὸν ἐξ αἰθερίας καὶ ὑσταίου λεπτὸν φερόμενον, dicitur ὑχρὸν quia vapor nocturno tempore ascendens à serenitate frigida in guttas concrescit, & tenuiter dispergitur. Per αἰθερίαν enim hîc intelligo frigidiusculam serenitatem nocturnam.

Inter πάγων ἰδέας seu species concretionum primo occurrit κρύσταλλος, à κρύος & στέλλομαι quasi ὑδὼρ ὑπὸ ἧς κρύος συ στελλόμενον aqua in glaciem concreta, Latinis Glacies, definitur ἄθρόον ὑδωρ ἐξ αἰθερίας πεπηγός. Est densum humidum, eo quod calida & tenuiorum partium, ad concretionem hanc sint inepta, ut in spiritu vini, & Garo, videre licet. Per αἰθερίαν vero intelligit hîc frigus summum seu αἴθριον non serenitatem ut supra. Illud enim calorem & aereum humidum exprimendo concretionem hanc operatur haud parum juvante exspiratione terrenâ. Huc refertur πάχνη ὀνὸ ἧς παχνεῖν seu condensando, Latinis pruina, quæ nihil aliud est quam δρόσος πεπηγῶς: sed tamen à vehementiore frigore condensatur quam Ros; & antequam in guttas concrescere

potest,

potest, adhuc in formâ vaporis existens congelatur. Ab hac secundum magis & minus differt Δροσοπάχνη. Est namque ἡμιπαγὴς δρόσος Ros semiconcretus, quibusdam lanugo. Sub finem æstatis generari solet, quando vapor elevatus nec in rorem nec pruinam concrescere potest, sed instar telæ aranearum plantis adhæret; minus igitur hîc adest frigus quam in pruinâ, & majus quam in rore.

Νέφος, Latinis Nubes ab obnubendo, quod suâ densitate cœlũ obnubat ac tegat, διὰ παχος ἀτμῶδες συνεστραμμένον, ὑγρὸν ὕδατος, πάχος dicitur quia est vapor concretus & in crassam substantiam redactus; idcirco & ἀτμῶδες materiam ejus jam dictam innuit. Forma externa in eo consistit quod sit conglobata, & contorta. Finis vero ut aquam producat, & materiam suppeditet pluviæ, aliisq; humidis affectionibus. Dividunt quidam Nubem in sterilem, quæ sine aquâ est, & fœcundam quæ eam adjunctam habet, quamq; autor pro verâ agnoscit.

Ejus effectum ὄμβρος seu Imber γίνεται δὲ κατ' ἐκπιεσμὸν νέφους & μάλα

πεπαχυσ

πεπαχυσμένης. Hic autem ἔκπεσμα seu expressio fit quando Nubes à frigore valde condensata, resolvitur, ut deinde guttatim decidat. Differentiæ imbrium seu pluviarum (vox enim ὄμβρος generaliter pro omni pluvia hîc capitur) potissimum à Nubium compressione desumuntur, iis enim leviter compressis oriuntur ψεκάδες seu stillicidia minoribus guttis decidentia; vehementius vero conglobatis, ὑετὸς seu Nimbus, grandiores, frequentiores, & magis contortas guttas in terram præcipites dans. Si contingat ut aquæ non guttatim sed totis quasi rivis descendant, pagos & urbes pessundent, tum fragmina Nubium decidisse ajunt.

Χιὼν seu nix fit χιὼν νεφῶν πεπυκνημένων ἀπόῤῥωσις. Ubi etenim in aquam mutari incipit, in minuta frusta secatur agitatione formam spumosam acquirendo, à frigore condensationem Materia itaque Nubes est. Forma τὸ ἀφρῳῶδες seu lanæ carminatæ similis compages. Efficiens frigus intensum, hoc enim facit ut flocci in descensu collidantur, contundantur, & dispergantur simulque unâ cum aeris portione

haud exiguâ colorem album largitur, ad quem haud parum juvat raritas. Finis est ut terram fœcundet, & germina tueatur. Ejus duæ constituuntur species; νιφετὸς seu Ningor, & χαλάζα seu Grando. Νιφετὸς dicitur quando confertim & magno cum impetu decidit, simulq; floccos habet grandiores, crassiores & crebriores, quos in triplicatas aut quadruplicatas cruces, stellatim distingui, accuratius intuenti patebit.

Sed χαλάζα fit νιφέτου συστραφέντος, καὶ βρίθος ἐκ πιλήματος εἰς καταφορὰν τὰ χυτέραν λαβόντος. Materia ejus dicitur Ningor, qui conglobatus in descensu celeriori & à frigore uberiori stiputas hanc formam acquirit. Quamvis sint qui potius pluviarum guttas ita concrescere arbitrentur. Ac quamvis utroq; modo fieri posse videatur, tamen Aristotelica materia convenientior est ad rationem reddendam, quare tam diversis figuris decidant; Nam pro diversitate magnitudinis ἀπορρηγνυμένων θραυσμάτων nunc grandiores, nunc minores evadunt globuli; ac si diutius circumrotentur rotundiores fiunt, sin parum saltim, angulosi aut variæ figuræ.

Ita

Ita expositis aeris affectionibus ἐκ τῆς ὑγρᾶς ἀναθυμιάσεως, ad eas transit quæ ἐκ τῆς ξηρᾶς ortum trahunt, inter quas primas obtinent venti, de quorum generatione, ita autor. Ἐκ δὴ τῆς ξηρᾶς τὸ ψυχρὸς μὲν ὠθεῖται, ὥστε ῥεῖν ἄνεμος ἐγίνετο, oritur itaq; ventus quando sicca exhalatio à frigore protruditur ut quasi fluat in obliquum. Materia est exhalatio sicca, quæ tamen nihil habet admixtum pinguedinis, alias enim accenderetur. Efficiens partim Sol & reliqua astra, hanc ἀναθυμίασιν elevantia, partim ψυχὸς mediæ aeris regionis eam repellens, ut oblique ferri cogatur; unde ejus Forma, in agitatione illa, quam Aristotelis hîc fluxum vocat, consistit. Finis est ut purget, moveat & ventilet aerem, ne putrescat, etsi multi alii accedere possint. Sed ne perturbet quempiam quòd dicat ventum nihil aliud esse, quam aerem multum fluctuantem & coactum, quasi idem statuat quod Seneca, qui ventum putabat aerem commotum; Addit enim ἀμὰ καὶ πνεῦμά λέγεται. Quasi diceret, licet ventus sit in aere, qui una cum eo movetur, tamen simul adest πνεῦμα id est exhalatio

ſicca, ita commota ut ſpiret, eſt enim à πνέω ſpiro, & quidem hæc attenditur principaliter. Subjungit paulo poſt ἐν ᾧ ἐν ἀέρι πνέοντα πνεύματα καλοῦμεν ἀνέμους. Quo faciunt ea quæ ſupra de venti materia protulit. Ne vero ulla ſuboriatur dubitatio de quo ſpiritu hîc agat, cum varius ſit hujus vocis uſus, expreſsè affirmat, ſe ſaltim de ſpiritibus qui in aere ſpirant, loqui; nec illum hîc locum habere qui eſt ἐν φυτοῖς καὶ ζῴοις, καὶ διὰ πάντων διήκοσα, ἔμψυχόν τε καὶ γονιμόν ἕξια de qua jam agere non decrevit. Eorum enim eſt qui de plantis & animalibus ex Profeſſo agunt, & in animalibus quidem illam definiunt corpus tenuiſſimum, calidum, mobile, ex tenuiſſimâ & maximæ ſyncera ſanguinis parte genitum, animæ quaſi cum corpore vinculum, actionumque edendarum neceſſarium inſtrumentum. Hinc eum dividunt in inſitum, qui aliàs calidum innatum dicitur; & influentem, qui à partibus principaliori-bus aſſiduè influit in reliquas. Ac hunc quidem in Naturalem, in Hepate prognatum, per venas vero diſtributum; vitalem ab hoc in corde elaboratum, per arterias diſper-

dispersum: & animalem, ex vitali in cerebro confectum & per nervos sensum & motum suppeditantem, ritè dispescunt, sed πρὸ ὀν λέγω τὸν ἀναγκαῖον. Cum vero venti magnam habeant cum auris affinitatem, in quibus potissimum differunt etiam addit. Ventus namque ex siccâ oritur exhalatione, Aura ex humidâ: ille oblique fertur, hæc est ἐκπνοὴ seu rectâ ascensione elevatâ. Ille præterea non nisi ex validissimis causis in actu existentibus gignitur: Hæc est levi aeris agitatione, adeo ut etiam flabello excitari possit.

Sufficienter explicata ventorum naturâ, varias eorum persequitur divisiones & distributiones, ac primò quidem cum alii Erratici, alii Regulares censeantur, priores ratione locorum sunt ἀπόγαοι, ἐγκολπίαι, ἐκνεφίαι καὶ ἐξυδεῖαι. Ἀπόγαοι, hic dicuntur qui ortum trahunt ἀπὸ τῆς γῆς νεοτισμένης à terra uliginosâ, cum alibi, secundo scilicet meteor: etiam illi venti dicantur ἀπόγαοι qui non longè à loco unde oriuntur, progrediuntur. De Aquilone namq; loquens sic inquit: ἐστὶ γὰρ ὥσπερ, ἀπόγαιον τὸ πνεῦμα τὸ βόρειον, ɔ: Flatus Boreæ non

longe à tertâ progreditur. Εγκολπίαι οἱ ἐκκόλπων διεξώπτοντες. Eorum autem generationem eleganter describit Seneca Nat. Quæst. lib. 2. cap. 8. hoc pacto; *Quicquid ex se paludes & flumina emittunt (id autem multum & assiduum est) per diem Solis alimentum est, nocte non extrahitur; sed montibus inclusum in unam regionem colligitur; cum illam implevit, et jam non se capit, sed exprimitur aliquo & in unam partē procedit, hic ventus est Encolpias.* His autem duabus ventorum inordinatorū speciebus annumerat autor eos qui ex fluviis & lacubus ortum trahunt, qui insignem cum hisce obtinent Analogiam. Εκνεφίαι sunt κατὰ ῥῆξιν νέφους γινόμενοι καὶ ἀναλυσιν τοῦ πάχους πρὸς ἑαυτοὺς ποιούμενοι. (Libentius lego cum Vulcanio πιλούμενοι) Generantur enim hi venti ex nubis fractura quando ejus corporis resoluta crassities in se ipsam conglobatur πιλοῦσται enim est à πίλος quod lanam constipatam indicat: ut elegans hic sit metaphora quâ indicatur nubium fracturas vicissim in hoc vento ita constipari, ut pilei ex pilis constipantur.

Sic et-

Sic etiam paulo ante grandinem pondus suum acquirere ἐκ πιλήματος dixit Ἐζυδρίαι fiunt μεθ' ὕδατος ἐκραγέντος ἀθρόως. Hi namque venti feruntur in horrentes & fragosi; cum maxima & tumultuosa aquarum profusione.

Regulares venti dispescuntur in quatuor principales qui à quatuor mundi cardinibus sic dictis, spirant: & sunt εὖρος qui ab oriente flat. Βόρεας qui à Septentrione, Ζέφυρος qui ab occidente, Νότος qui à meridie Græcis etiam κυριώτατοι appellantur & à Pontano hisce includuntur.

A summo Boreas; Notus imo spirat olympo.
Occasum insedit Zephyrus, venit Eurus ab ortu.

Principales hi alios minus principales sub se continent, ita quidem ut Eurus sub se habeat 1. Καικίαν, quem quidam cum Aparctia confundunt cum tamen hic ab auctore inter boreales, ille vero inter orientales referatur, & definitur ἄνεμος ὁ ἀπὸ τοῦ παρὰ τὰς θερινὰς ἀναθολὰς τόπου πνέων, unde proverbium ἕλκων ἐφ' αὑτὸν κακὰ ὥστε καικίας νεφός, potius de Aparctia intelligendum. 2. Ἀπηλιώτην qui ab æqui-

noctiali, & 3. εὖρον strictè sic dictum qui flat ἀπὸ δὲ τῆς χειμερινῆς seu tropico Capricorni. Dictum hunc putant, vel ab αὔω & ῥέω quod leniter spiret ac flet; vel ἀπὸ τῆς ἕω ῥέων quod ab oriente fluat, Latinis Vulturnus. At Seneca *Eurus*, ait, *jam civitate donatus est, & nostro Sermoni non tanquam alienus intervenit.* Huic contrarius Zephyrus sub se continet 1. Ἀργέστην qui flat ἀπὸ τῆς θερινῆς δύσεως seu ab occasu tropici cancri, quem alii etiam vocant ὀλυμπίαν καὶ ἰάπυγα. 2. Ζέφυρον quasi τὸ ζῆν παῦσι φερόντα Latinis Favonius dicitur, & flat ἀπὸ τῆς ἰσημερινῆς δύσεως seu ab æquinoctiali; & deniq; 3. eum qui λίψ dicitur vel Africus ἀπὸ τῆς χειμερινῆς δύσεως, seu ab occasu brumali. Borealium ventorum primus est Βορέας ἰδίως sic dictus, qui proximũ locum à Cæcia obtinet. Secundus ἀπαρκτίας ὁ ἐφεξῆς ἀπὸ δὲ πόλου τοῦ μεσημβρινοῦ πέων. Et hinc etiam nomen ab ἄρκτος obtinet, quod scilicet directè per lineam meridianam ab arctico polo fluat. Tertius θρασκίας qui inter Aparctiam & Argestem flat; hunc non dissimulat autor à

quibusdam

quibusdam dici καικίαν, sed qui ventus propriè sic appellandus, supra dictum. Australium autem ventorum is qui directè à polo Antarctico & oppositè Aparctiæ fertur Νότος dicitur, Gellio Νότος διὰ τὸ νοτερὸν, quia plerumque nebulosus & humidus, Latinus Auster, qui medius est inter Notum & Eurum, vocatur Euronotus. Eum verò qui ab altera parte est inter Notum & Africũ quidam λιβόνοτον, quidam λιβοφοίνικα vocant. Hæc autem omnia clarius ex schemate juxta mentem Autoris appositò apparebunt. ☞

Cæterum de Numero ventorum horum regularium non semper eadem fuit omnium sententia. Aristoteles namque 4. Polit. 3. veteres secutus statuit *ventos alios esse Boreales, alios Australes, reliquos autem horum excessus.* Plin. lib. 2. capit. 47. *veteres quatuor omnino servasse* ait. Vitruvius lib. 1. cap. 6. refert Andronicum Cyrrhestem alios quatuor collaterales seu satellites observasse, in turri marmorea octogona, eosdemque Athenienſibus exhibuisse. Aristoteles verò ex suâ sententiâ, tum in libris Meteororum, tum hîc duo-

decim

decim enumerat, qui hactenus à Physicis recepti. Moderni Hydrographi & Nautæ cum veteribus, in quatuor ventis cardinalibus, mutatis saltem nominibus, conveniunt, sed in reliquis haud parum discrepant. Nam primo inter quatuor Cardinales, quatuor alios ponunt, qui nomina & proprietates à vicinis mutuantur. Deinde inter octo hos integros, alios octo ponunt, quos semiventos vocant, appellationem habentes à duobus proximis, deniq; & hisce quartarios annectunt sedecim, ut omnes junctim numerum 32. attingant. Imo non defuerunt qui curiositati magis quàm utilitati litantes, numerum hunc duplicaverunt, & 64. demonstraverunt, ac nisi necessitas hic modum statueret in infinitum res abiret.

Secundò ratione modi quo flatus perficitur, alii venti dicuntur ἐνθύπνοοι, qui scil. antrosum secundum rectam lineam semper spirant; Alii ἀναπαμψίπνοοι seu reflexi & reciproci qui in sua primordia se reflectunt ex quorum numero καικίας.

Tertiò ratione temporum quibus potissimum vires suas exercere solent, alii sunt χειμῶνες

χειμῶν & hieme potissimum flantes, ut οἱ Νότοι, alii Ἥρης æstate imperium obtinentes, ut οἱ Ἐτησίαι qui mistam naturam habent ex septentrionalibus & Zephyris: dicuntur vero Ἐτησίαι quasi annui, eo quod singulis annis recurrere solent. Seneca Nat. quæst. lib. 5. cap. 10. dicit *initium illis esse in solstitio, ultraq; ortum caniculæ non valere.* Alii ἐαρίνοι seu verni, eo quod sub ver spirent, ut ἐαρινίαι quos quidam sic dictos putant eo quod aves eorum afflatu concipiant, vel potiùs quod cum ii flant, aves quæ tempore hyberno latuerunt, rursum conspiciantur. Improbanda hîc Vulcanii correctio, qui non ἐαρίνοι sed ἀέριοι legendum putat, cum hæc divisio non à loco, sed tempore desumatur. Hos autem ventos è numero Borearum esse, affirmat autor.

Quartò venti alii lenes, alii violenti dicuntur. Lenes sunt plerique; ex supradictis, violenti sunt 1. καταγὶς à κατάγνυμι confringo, est enim flatus supernè irrumpens & obvia frangens. 2. πνεῦμα flatus violentus repentinè prosiliens & quævis turbans. 3. λαίλαψ καὶ στρόβιλος ab inverno, vertigine in sublime sublatus. Sunt vero qui tres

hosce

hosce simul καταιγίδες vocent, & sunt itim qui inter λαίλαπα καὶ ϛρόβιλον discrimen agnoscant, sed nos autorem sequimur. 4. ἀναφύσημα flatus ex telluris hiatu vel ruptura prosiliens, qui & πρηστὴς χθονὸς dicitur, cum multum diuque cum violentiâ circumrotatur, & maxima vi erumpit, à πρήθω flo & uro, χθονὸς vero eo quod à terra proveniat, ad differentiam alterius præsteris, qui merè aerius est: de hoc Lucretius sic differit:

Fit quoq; ut involvat venti se nubibus ipse,
Vortex, corradens ex aere semina nubis
Et quasi demissum cœlo præstera imitetur

His de ventorum natura & differentiis expositis ad aliam transit affectionem aeream, Fulmen scilicet cujus generationem, adjuncta & species pari ratione persequitur, de Tonitru primum agendo, quoniam cum ventis procellosis & violentis majorem habet affinitatem, & vehementius sensus ferit ipso fulmine. Βροντὴ seu Tonitru generari dicitur cum flatus vehemens nubem crassam & humidam cui includitur, violenter

lenter frangit ac maximo mugitu & tumultu erumpit: à quibusdam è veteribus *Vulcani & Vestæ risus*, à quibusdam non risus, sed amborum minas dictum esse testatur Aristoteles. 2. Meteor. c. 8. Bodinus non à causis naturalibus, sed potius θείᾳ vel δαιμονικὴ δυνάμει excitari credit: Sed veriorem esse ex autore allatam sententiam arbitramur. Hanc autem declarat simili à Spiritu vehementer in aquam impulso, murmur ac strepitum efficiente; si etenim quis per angustum tubulum vehementer & σφοδρῶς in aquam flet & hoc pacto ejus continuitatem disrumpant, sonitus exauditur proportionaliter Tonitrui respondens. Empedocles & Anaxagoras *extinctioni ignis in nubibus* hunc sonum adscribunt, quæ si vera causa, fumus obscurus & nebulosus potius quam corruscatio ignita adesset, interim à vaporibus sulphureis & nitrosis, invisibiliter in aerem elevatis, ventis & frigore constipatis ac postea peculiari vi accensis, generari posse Tonitru, variæ operationes chymicæ demonstrare videntur.

Ἀστραπὴ seu vulgur & corruscatio fit, κατὰ τὴν τοῦ νέφους ἔκρηξιν πορωθὲν τὸ πνεῦμα

καὶ λάμ

καὶ λάμψαν. Cum etenim spiritus ille in nubibus inclusus sulphuream habeat naturam, facile ob contrarietatem, motum violentum & pugnam id concursu accendi & inflammari potest ac corruscationem edere. Quæ licet post Tonitru generetur, tamen prius videtur & sentitur, quia ἀκουστὸν sua natura tardius percipitur ὁρατοῦ. Cæterum causas quare visus celerior sit auditu simul annectit; ille enim est ἅμα πρῶτον ὁρωμένου utpote qui uno eodemq; momento & medium suum perspicuum penetrat & objectum percipit: hic vero cum habeat objectum sonum, ad quem perficiendum aeris requiritur motus, qui successivè tantum fieri potest, ideirco etiam tardius percipitur. Huc accedit quod objectum visus, species sc. visibiles sint πύρινα τῶν ὄντων igneæ ut asserit autor, naturæ, objectum vero auditus sonus scilicet πάθος ἔχου ἀερῶδες ὦν nec nisi appulsu aures ferit, ut hac quasi reale; illud intentionale videatur. Nec parum huc faciunt aurium anfractus, per quos sonus impeditur, quo minus tanta celeritate ad auditus organa perferri possit, quanta species visibiles ad parentes & denudatos oculos.

Fulmen

Fulmen sen κεραυνὸς appellatur τὸ ἀστράψαν ἀναπυρωθὲν βιαίως ἄχρι τῆς γῆς διεκθέων. Hinc Seneca lib. 2. q. nat. c. 12. inter fulmen & corruscationem sic distinguit. *Fulguratio* inquit, *ostendit ignem, fulminatio emittit; illa ut ita dicam comminatio est & tonatio sine ictu ista ejaculatio cum ictu.* Et c. 21. *Non naturâ istâ sed impetu distant. Fulguratio enim futura erat fulmen si plus virium si habuisset.* Definitur alioquin Meteoron mixtum ex habitu sicco & viscoso accenso & è nube terram versus magno impetu explosum. Hoc pro materiæ & adjunctorum diversitate variis insignitur nominibus; si etenim parum ignis secum ferat & nihilominus maximo fragore continuè decidat, πρηστὴρ vocatur. Si omnis expers est ignis τυφὼν, quasi vibratus; vel à Typhæo gigante; sin vero magnâ violentiâ in terram detrudatur ac cotporibus illidatur, σκήπτος à σκήπτω didicitur. Tres autem primarias fulminum species agnoscit autor, quarum prima ψολόεις seu urens dicitur, igneam habens naturam atque ob materiæ spissitudinem non penetrans, sed infuscans & amburens

levites

leviter, qua templum Dianæ in Epheso comburi vidit Aristoteles. Secunda ἀργῆτες seu penetrans, subtile, flammeum & clarum, quod per angustissima quæque penetrat, ac sola densa dissipat, cujus mirabiles sæpius occurrunt effectus. Tertia Ἑλικία ab ἑλίσσω eo quod variis circumvolutionibus & ignivomo vortice in terram feratur. Hæc sæpius lapidem ex multis fuliginosis & glutinosis exhalationibus compactum, secum ferre solet, ac idcirco cum in quod impingit, σκηπτὸς dicitur. γραμμοειδῶς seu linealiter sursum ferri Textus innuit; sed non injuria corruptum esse locum suspicatur Vulcanius, cum hæc vox, ejus naturam penitus evertat, si enim circumrotatur ac circumgyratur variè in descensu γραμμοειδῶς ferri nequit. Legendum igitur potius γαμμοειδῶς in modum litteræ Γ uncis apicibus obvia quæq; corripiens.

Reliqua quæ in aere conspiciuntur βαντάσματα ad duo primaria redigit capita, ita ut quædam eorum sint κατ' ἔμβασιν ut ἴριδες, ῥᾶβδοι ἅλοι: quædam vero κατ' ὑπόστασιν & revera existentia, ut σέλα ἑξακοντισμοὶ, στηριγμοὶ, λαμπάδες, δοκίδες, πί-

δες, πίθοι, βοθύνοι. Ἶρις definitur ἔμβασις ἡλίου τμήματος, ἢ σελύνης, ἐν νέφει νοτερῷ καὶ κοίλῳ, καὶ συνεχεῖ πρὸς φαντασίαν ὡς ἐν κατόπτρῳ θεωρουμένη κατὰ κύκλου περὶ φέρειαν. ἔμφασις dicitur, quia nihil subest reale sed totam suam essentiam in apparentia habet. Hinc Seneca l. 1. quæst. Nat. c. 15. *Nobis non placet*, inquit, *in arcu cœlesti aut in coronis subesse aliquid certi corporis, nihil enim judicamus in speculis subesse nisi fallaciam, nihil aliud quam alienum corpus mentientibus.* Dum statuit esse ἡλίου, ἢ σελύνης τμήματος & corpora quæ repræsentantur indicat, & circulari penitus figura nunquam conspici ostendit. Materia seu subjectum innuitur, dum eam fieri dicit ἐν νέφει seu Nube, quæ etiam aptè prædisposita esse debet, ut hanc recipere impressionem valeat; sit igitur νοτερὸς, κοίλος, καὶ συνεχὸς alioquin generatio iridis succedere non potest. Hæc si adfuerint requisita non secus Phantasiæ repræsentatur iris in nube, ac oculo species visibilis in speculo.

Ῥᾶβδος ὀστὶν ἴριδος ἔμφασις εὐθεῖα. Ut igitur Iiris imago est Solis aut Lunæ, ita virga Iridis, quamvis Iris rotunditatem Solis & Lunæ exprimat ῥᾶβδος vero ab ea deflectat & rectus conspiciatur, unde Seneca l. 1. qu. Nat. c. 9. *Virgæ nihil aliud sunt*, inquit, *quam imperfecti arcus. Nam facies quidem illis est picta, sed nihil curvati habent, in rectum jacent.*

Ἅλως ὀστὶν ἔμφασις λαμπρότητος ἄστρου περίαυγος, Latinis etiam Halo, Area & corona à similitudine dicitur, oritur autem ex radiorum in nubibus refractione & aere pacato ne figura turbetur. *Generatur*, inquit Seneca, *non longe à terrâ talis effigies, quam visus noster, solita imbecillitate deceptus, circa idem sidus putat positum.* Ab Iride duabus notis eam secernit autor noster, Iris enim ἐξεναντίας apparet Soli & Lunæ; Halo vero κύκλῳ seu circulatiter circa sua astra: deinde Iris imaginem solius Solis & Lunæ repræsentat, Halo vero reliquorum omnium astrorum. Trium horum φαντασμάτων differentiam brevibus

vibus sed elegantibus ita proponit Seneca: *Coronam si diviseris, arcus erit; si direxeris, virga.*

Inter ea quæ revera, & non apparenter saltim existunt, primum locum occupat σέλας seu fulgor, qui est πυρὸς ἀθρόου ἔξαψις ἐν ἀέρι cum etenim flamma absq; splendore & luce non existat, neq; illa quæ in aere ex pinguibus & sulphureis exhalationibus oritur, eo caret. ut vel hinc erroneæ Anaxagoræ & Empedoclis refutentur opiniones, qui hosce fulgores esse ignes à Sole accensos, & ab æthere destillantes arbitrabantur. Est itaq; σέλας vel ἐξακόντισμος seu jaculatorius; vel στηριγμὸς seu fixus. Ἐξακόντισμός ἐστὴ πυρὸς γένεσις ἐκ παρατρίψεως ἐν ἀέρι φερομένου ταχέως, καὶ φαντασίαν μήκους ἐμφαίνοντος διὰ τὸ τάχος. Cum etenim aeris partes densiores sulphureis & pinguibus exhalationibus prægnantes invicem colliduntur, mox tenuis exoritur flamma seu fulgor, qui cum materiam in longum protractam celeriter depascatur, ac pervadat, speciem offert phantasiæ ac visui corporis alicujus incensi ac longum extensi, cum tamen magna celeritate suc-

cessivè singulas pabuli partes depascatur. Causa igitur accensionis ignitarum affectionum, non est quod fictitio ignis attribuamus elemento, cum motus aeris, corporum collisio, caliditas & frigiditas ambientis, abundè id præstare valeant. Σπείγμα vero, ὅτι χωρὶς φορᾶς παχυμήκης ἔκτασις καὶ οἷον ἀὴρ ῥύσις. vocantur σπείγμοι à σπείζω quod activè firmo, stabilio significat, neutraliter verò sto, consisto, unde etiam στέωμα statumen, firmamentum, consistunt enim hi vulgores; nec tam celeriter ac præcedentes evanescunt. Apparent vero specie Astralis alicujus profluvii in longitudinem protensi, quia eorum materia diuturnior ac stabilior, longiusculè quoq; extensa est, caudæ instar. Hic a. σπείγμος si ab altera sua parte latius aliquantum dispergatur dicitur κομήτης.

Ex quibus liquido constat Aristotelem per cometas aereos nihil aliud intelligere, quam ejusmodi σπείγματα quos in rerum naturâ extitisse ac etiamnum generari posse, quosdam negare vehementer miror, cum interim reliquas fulgorum species eandem materiam ac generationis lithurgiam agnoscen-

agnoscentes non proscribant, minimè animadvertentes, ex iisdem causarum fontibus omnes τῶν σελῶν species resultare. Sed quid aereorum cometarum generationibus obstare posse autument paululum perpendamus. Objiciunt primò, in aere nullam esse materiam quæ generationi cometarum inservire possit; cum duplicem efficeret refractionem. Respondemus, non magis quam reliquorum ignitorum Meteororum materia. Deinde materiam cometicam in aere semper non existere, nec totum aeris tractum occupare, sed à terra evaporari ad certum aeris locum per quem ita affectum si astra observarentur, dubium non est quin duplicaretur refractio; sed cum totus aer iis exhalationibus non inquinetur, non minus materia cometica, serenitati officit, quam reliquorum meteororum materia. Materiam autem talem in aere eum producere testantur excretiones sulphureæ, flammæ, halitus venenati post extinctionem relicti, & alia infinita. Cometa anni 1580. lapillos fætidos & sulphureos dejecit, ut & illi qui 1200. & 1510. apparuerunt, teste Cardano. Ille qui in Lombardia,

1511. conspectus instar pavonis, tres sulphureos lapides dejecit, unum 160. libr. alterum 60. tertium 20. At illum quem, Aristæo regnante observavit Aristoteles 1. Meteor. 6. cujus φέγγος ἀπέτεινε μεγρὶ τοῦ τρίτου μέρους τοῦ οὐρανοῦ quis in cœlo fuisse existimare potest? At ultra tredecim milliaria non ascendunt exhalationes. R. sufficere si ultra quinq; non ascendant, cum suprema aeris regio vix duo milliaria cum dimidio à plano terræ distare, experientià abundè comprobatum. Quid jam de fumosis exhalationibus, ex quibus cometæ aerei potissimum generantur, existimandum, quæ multo leviores, subtiliores & ad ascensum aptiores? Non disputabo jam an exactè omnium exhalationum à terra distantia observari possit, cum quædam tam subtiles sint, ut nullo capiantur sensu: hoc saltem quæro an sensibus, experientiæ & infinitis observationibus contradicere valeant, astruentibus ab halitibus varia meteora & φασματὰ ignita in suprema aeris regione generarî, ac sic concedant unum, quidni & alterum? Deinde urgent eos ductum sequi circuli maximi. De cœlestibus largior, sed

an ad

an ad aereos traducendum, subdubito: cum omnes quotquot post Tychonis observati sunt tempora, ut ipsi ajunt, ætherii fuerint. Quin concesso quod ductum maximi circuli sequantur, quid inde incommodi; Annon raptu alicujus stellæ cometam vi magnetica gubernantis hic motus perfici valet, ut nihil dicam quod ab ipso aere, qui raptum sequitur primi mobilis, vel è motu prædominantis planetæ circumrotari possit. Deniq; regerunt omnes à Tychone, & post Tychonem observatos æthereos fuisse. Demus totum, an idcirco ante illum nulli visi sunt aerei? Quin si autoritatibus & experientia pugnandum, Tychoni veteres omnes opponere possumus, qui omnes quos viderunt in aere domicilia sua habere affirmarunt. Imò Neoterici magni nominis, ab hac sententia minus sunt alieni. Verisimile vero est, multos etiam ut ante, ita post Tychonis tempora, in aere extitisse, sed observatos non fuisse vel propter exilitatem, vel quia celeriter periodos suas, ob materiæ inopiam absolverunt, vel quia non pro cometis sed solis fulgoribus habiti fuerint.

Ratione durationis dividuntur quoq; fulgores in permanentes, qui aliquanto temporis spacio permanent, & evanescentes, qui confestim evanescunt. Hujus generis videtur fuisse ille, qui imperante apud Athenienses Nicomacho, prope æquatorem exortus est & brevissimo tempore duravit: illius vero iste qui regnante Mithridate 70. diebus effulsit. Huc referuntur aliæ φαντασμάτων ἰδέαι quæ eandem fere agnoscunt generationem, naturam & rationem cum fulgoribus, sed solâ figurâ differunt, & appellationem nanciscũtur à rebus, quas repræsentant. Hujus generis sunt λάμπαδες, lampadum seu facum, δοκίδες trabium, πίθοι doliorum, βόθυνοι scrobium seu fovearum figuram exprimentes. Quæ omnia ratione loci ita distribuuntur, ut quædam ἑσπέριαι dicantur, quæ cum adsunt, in occidentali cœli plaga conspiciuntur; quædam ἑῷαι quæ in orientali, quædam vero ἀμφοτεροφανῆ quod utrobique lucere valeant.

Ita expositis affectionibus, quæ in aereâ Mundi generantur regione, ad eas quæ in terræ gremio fiunt progreditur: Hæ vero sunt

sunt vel igneæ, vel Aereæ. Igneas vocat, quæ ab ignium sub terrâ latentium scaturiginibus proveniunt. Earum autem quædam sunt ἀόρατοι, utpote terrâ occultatæ, quædam vero visibiles, quæ habent ἀναπνοὰς καὶ ἀναφυσήσεις. Quamvis autem quamplurima extent loca ignibus perpetuis flagrantia, tamen tria tempore autoris celebria hic tantum numerantur, ut Λιπάρα Αἴτνη, καὶ νῆσοι Αἰόλου ex quibus quandoque ignes fluviorum instar profiliunt, & igniti globi instar massæ ferreæ projiciūtur, quod & Plinius libr. 2. c. 106. confirmat cum ait: *Baculo si quis ex iis accenso traxerit sulcos, rivos ignium sequi narrant.* De Liparâ & Æoliis insulis, idem Plin. lib. 3. cap. 8. & 9. Ubi *hasce citra Siciliam, ex adverso Metauri amnis 12000. fermè passuum, ab Italiâ sitas esse asserit, ac septem numero existere; Eadem*, inquit, *Liparæarum & Hephestides à Græcis, à nostris Vulcani, Æoliæ, quod Æolies Iliacis temporibus ibi regnabat.* Αἴτνη vero mons est Siciliæ, de cujus incendio ita Orosius. *Æmilio & Oreste consulibus Ætna*

Ætna vasto tremore concussâ, exundavit igneis globis, rursusq; alio die Lipara insula, & vicinum circa eam, mare in tantum efferbuit, ut adustas quoq; rupes dissipaverit, tabulasq; navium, liquefactis ceris extorruerit exanimatos pisces supernatantes excoxerit, homines quoq; nisi qui longius potuerunt diffugere reciprocato anhelitu calidi aeris, adustis introrsum vitalibus suffocaverit. Causas naturales horum incendiorum qui diligentius rimantur, materialem inveniunt Sulphur, & bitumen incendio aptissima & levi motu flammam concipientia; Efficientem vero motum ventorum. Cum enim terra in hisce locis cavernosa & fistulosa admodum sit, ventorum flatus sine difficultate admittit, qui conceptam flammam eventilare valent.

Subterraneos ignes qui in conspectum non prodeunt ex effectis describit, quod scilicet sub terrâ existentes πλησίον πηγαίων ὕδατων θερμαίνουσι idque triplici graduum differentiâ, alia enim evadunt χλιαρά, alia ὑπέρζεστα, alia εὖ ἔχοντα κράσεως.

Ex qui-

Ex quibus causa efficiens thermarum liquido colligitur.

Igneas Terræ affectiones, aereæ exipiunt, quæ pari ratione dependent, vel à manifestis spirituum exhalationibus, in terræ cavernis; vel ab occultis, quæ ab effectis dignoscuntur, & cum operationes suas exercent, quandoq; ruptis repagulis erumpunt. Manifestæ exhalationes aereæ sunt, quæ ex orificiis, & specubus terræ apertis exhalant, & ratione effectuum, vel Enthusiasticos reddunt accedentes, vel tabe inficiunt, vel vaticinari cogunt, vel penitus perimunt. Vaticinia producentium exemplum ponit autor, Delphicum specum, & illum qui fuit in Lebadiâ. Priorem quod attinet de eo August. Eusebius, Lactantius, & alii. Pindarus quidem hunc locum ὄμφαλον γῆς; Sophocles vero μεσόμφαλον appellavit, ac Strabo cum lib. 9. Geograph. ita delineat: φασὶ δὲ εἶναι τὸ μαντεῖον ἄντρον κοῖλον, καὶ βάθος, οὐ μάλα εὐρύστομον ἀναφέρεσθαι δὲ ἐξ αὐτοῦ πνεῦμα ἐντουσιαστικόν, ὑπὲρ κεῖσθαι δὲ τοῦ στομίου τρύποδα ὑψιλὸν ἐφ' ὃν τὴν πυθίαν ἀναφένουσαν, δεχυμένην τὸ πνεῦμα ἀποθεσπίζειν ἔμμετρα τὲ καὶ ἄμετρα.

Erat

Erat autem hoc antrum in bicipiti Phocidis Parnasso & fano exornatum.

Alter locus ejusmodi vatidico Spiritu celebris, erat in Lebadia, Trophonio Apollinis filio, vel ut alii volunt Jovi Trophonio sacer septus ferreis obeliscis, ne aliis nisi consultoribus albâ veste indutis pateret; ex quibus Apollanius Philosophus tres fregit; & clanculum oraculum consuluit, teste Philostrato lib. 8. Hunc etiam describit Strabo pluribus. Cælius Rhodiginus l. 10. Antiq. lect. cap. 10. dicit apud Trophonii specum fuisse fontem qui diceretur Lethe, cujus aquam haurirent descensuri, ut omnium quæ ante vidissent irreperet oblivio: alterum item quem μνημόσυνης, id est memoriæ, vocabant, ut hausta inde aqua, omnium recordarentur, quæ visuri erant. In quibus omnibus manifestissimas Diaboli illusiones animadvertere licet.

Ille in Phrygiâ qui homines accedentes perimit ab eodem describitur Strabone libr. 12. & eundem vidisse se testatur Apulejus, hunc locum autoris explicans potius quam Latinum reddens, his verbis: *Vidi & ipse apud Hieropolim Phrygiæ*

non

non adeò ardui montis vicinum latus hiatu reseratum, & tenuis neq; editæ marginis ambitu circumductum: seu illa ut volunt Poetæ Ditis spiracula dicenda sunt, seu mortiferos anhelitus eos credi prior ratio est. Proxima quæq; animalis & in alvum prona atq; projecta, venenati spiritus contagione corripiunt, & vertice circumacta interimunt. Antistites deniq; ipsos semiviros esse, qui audeant propius accedere, ad superna semper sua ora tollentes, adeò illis cognita vis mali, & infera aeris noxia crassitie densa est. Similem quoq; hiatum conspeximus in agro suteolano, ab incolis *grotta del cane* dictũ, quia si canem injeceris continuo suffocatur, mox vero in proximũ stagnum immersus ad se redit ac reviviscit.

Occultus Spiritus aereus, varias terræ causans passiones, vocatur quidem ab autore πνεῦμα συγγενὲς & εὔκρατον eò quod externè non adveniat, nec tàm venenatâ qualitate sit infectus ut prior, sed quia à proprio & nativo loco propellitur & exorbitat εἰς μυχίους σύριγγας terræ, quasdam

ejus

ejus, partes συνεκράδανε vibrat, concutit, & quandoque cum fragore discutit. Hæc autem concussio σεισμὸς dicitur, Latinc Terræmotus, qui fit quando, internus Terræ spiritus ab externo aere, & flatibus adauctus exitum quærens, per varios ejus meatus divagatur ac ita μετὰ βίας αὐτὴν συνετίναξε. Forma itaq; est ipsa concussio seu agitatio violenta partis alicujus terræ, non vero totius, nisi supranaturaliter. Efficiens aer seu spiritus ac flatus terræ visceribus inclusus; is enim tenuissimus, celerrimus, ac impetuosissimus, ut si ab externis causis augeatur, calore scilic. solis aut ignium subterraneorum eum rarefacientium, vel alio flatu accedente, hunc affectum excitare potest. Materia seu subjectum est terra fungosa ac spongiosa. Finis vero supranaturalis, iræ divinæ annunciatio. Naturalis, Spirituum exitus.

Dividuntur Terræmotus Primò ratione modi quo terram concutiunt in ἐπικλίντας, βράσας, χασματίας, καὶ ῥῆκτας ἐπικλίντας καλοῦντας εἰς πλαγία σείοντες κατ' ὀξείας γωνίας. Inclinatio Latinis, quando terra movetur juxta angulos obliquos, ut totum illud

illud, quod commotum est in unam aliquam inclinet partem. Ἐρασταὶ sunt εἰπτοῦντες αἴνω καὶ κάτω κατ' ὀρθὰς γωνίας. Βρασταὶ dictas volunt à similitudine aquæ ebullientis: nam in hac specie terræmotus sursum ac deorsum movetur pars terræ, non secus ac partes ebullientes aquæ, sic Scholiast. Pindari; τὸ πομφόλυζαν ἀπεβράσθησαν, ὡς ἐπὶ ζεσῶν ὑδάτων, & Apollon. Argonaut. libr. 2. κορτύεται ὕδωρ βρασσόμενον, Latinis, teste Senecâ, Succussio. Χασματίαι sunt ποιοῦντες συνιζήσεις ὄις τὰ κοῖλα, fiunt autem cum spiritus in terræ visceribus & cavitatibus, contenti exhalant, ac terra subsidens eorundem locum occupat. Quarta species hujus tertia causa est, ac ῥῆκτη vocatur, eò quod terram frangendo, ac spiritus excludendo causa sit hiatuum. Quoniam vero ex isto hiatu varia ejiciuntur quandoque una cum spirituum eruptione, juxta eorum differentiam dividi possunt, vel enim solum spiritum, vel una cum eo lapides & petras, vel lutum, vel deniq; insolitas scaturigines aquarum ejiciunt.

Ratione effectuum quos producunt, Terræmotus, quidam ὤσται vocātur παρὰ τὸ ὤθω protrudo

protrudo, eò quod unâ προώσει obvia quævis evertant. Alii παλματίαι à πάλλω vibro, eò quod terram vibrando & in utramque partem successivè movendo, tremere faciat. Hinc tàm in hoc loco, quàm in meteoris Arist. hanc speciem cum tremore, corporis humani comparat ἀπεργάζετε πάθος ὅμοιον τρόμῳ inquiens. Alii denique μυκητίαι dicuntur, quod mugitum efficiant dum terra movetur, ac de illo Virgil. sic canit:

Sub pedibus mugire solum & juga celsa moveri.

Interim non dissimulat autor crebros fieri terræ mugitus, qui tamen nullum conjunctum habeant motum violentum, eò quod spiritus mugitus excitantes minus sint validi, ac volutatione suâ fracti aquis misceantur subterraneis, μετὰ ῥοθίου βίας, quod Budæus *impetu vehementi*, vertit, sed malo cum Vulcanio *vi sonora*. ῥόθον etenim non impetum sed ψόφον potius denotare multorum probat testimoniis: Hinc Aristophanis interpres μετὰ ῥόθου, καὶ ψόφου ἐσθίειν, & Homerus κῦμα ῥόθον.

A ter-

A terrenis affectionibus progreditur ad eas quæ in mari contingunt, quas analogiam haud parvam cum superioribus obtinere demonstrat, singularum inductione. Sunt vero χάσματα, ἀναχωρήματα, κυμάτων ἐπιδρομαί, ἀναφυσήματα πυρὸς πηγῶν ἀναβλύσεις, ποταμῶν ἐκβολαί, δένδρων ἐκφύσεις, ῥοιαὶ δύναι, ἀμπώτεις & κυμάτων ἄρσεις eum igitur & nos imitantes, cujusq; naturam exactius rimabimur.

Primò occurrunt χάσματα καὶ ἀναχωρήματα, quæ fiunt, quando aqua marina à vehementioribus spiritibus è fundo erumpentibus, subitò quasi discerpitur, & violenter ad omnia latera protruditur; durabilia igitur non sunt, cum mox in locum suum insita fluxibilitate redeunt undæ.

Hisce annumerantur κυμάτων ἐπιδρομαί, quæ dupliciter contingunt, vel κατ' ἀνταναχοπὴν quando undarum moles in recursu sinum aliquem secum abripit, quo sæpius in Belgio aliisq; tractibus Oceanum respicientibus contingit; vel καθ' ὑπόστασιν μόνην ac subsistentem seu permanentem aquarum protrusionem à qua exhaustam & delectam esse Ἑλικὴν καὶ Βύρσαν asserit autor, ac Plin.

lib. 2. cap. 92. *earum adhuc in alto remanere vestigia* asserit; imò ipse Philosophus 2. Meteor: fusius hujus inundationis causas persequitur, de iis autem Ovidius ita:

Si quæris Helicen & Burim Achaidos urbes
Invenies sub aquis & adhuc ostendere nautæ
Inclinata solent, cum mœnibus oppida mersis.

Generantur quoq; in mari ἀναφυσήματα πυρὸς ut in Æoliâ insula cum adjacentibus, de qua Plin. lib. 2. cap. 107. Et Seneca libr. 2. Quamvis autem mirum videri possit ignem in aqua figrare, & è mediis undis emergere, ejus tamen rationem reddidit Philosophus Sect. 23. probl. 13. tum terream ac salsam substantiam, tum oleosas ejus partes adducendo. Quin nec absurdum est, sub aquis quandoque montes existere bitumine & sulphure scatentes, qui accensi miranda edunt incendia, nec aquâ incumbente extinguuntur, cum aqua marina ob pinguedinem iis in locis admixta, potius alat, quam extinguat ignem. Imò referunt ignem montis Chimæræ in Phaselide aqua & imbre incendi, terra & fœno extingui, Heclæ Islandiæ flammas a-

mas aquam consumere, & stupam non adurere.

Πηγῶν ἀναβλύσεις quandoq; in medio mari reperiri, vel Plinius testis est lib. 2. 103. dum ait: *Dulcis aqua hausta in mari plurimis in locis, ut ad Chelidonias insulas & Aradum, & in Gaditano oceano.* Quibus in locis earum absque dubio major copia; alibi enim etsi sint non tamen sentiuntur, eo quod ob scaturiginis exilitatem salsæ permiscentur.

Ποταμῶν ἐκβολαὶ sunt fluviorum innatationes propter levitatem, omnis enim aqua dulcis levior salsâ, nec id mirum, cum & inter dulces gradus dentur levitatis, ob quos una alteri sine permistione innatat, cujus exempla haud pauca nobis suppeditat idem Plin. loco jam allegato. *In Lucrino lacu natat invectus amnis, in Lario Addua, in Sevinno Ollius, in Lemano Rhodanus.*

Δένδρων ἀναφύσεις agnovit idem in mari rubro cum dicat in eo oleas virentesque fautices enasci, in nostro vero nihil

frequentius algâ, quercu & abiete marinâ fucisque infinitis.

Ῥόαι καὶ δύναι quas ἀνάλογας ταῖς τῶν πνευμάτων asserit quarum etiam quædam in medio pelago conspiciuntur, quædam vero κατὰ τοὺς εὐρύπους καὶ ποθμοὺς non minus experientia sunt confirmatæ. Ac harum quidem manifestissimum exemplum nobis suppeditat, tot historicorum & poetarum monimentis decantatus ille Euripus Eubæus propè chalcidem septies singulis diebus hos fluxus & vortices efficiens, de quo ita Seneca in Hercule furente:

Euripus undas flectit instabilis vagas
Septemq; cursus fert & totidem refert
Dum lapsum Titan mergit Oceano jubar.

Illarum vero ne aliena quæramus, nostri Oceani periculosus ille vortex, qui juxta Norvegiæ terminos versos Tytisfiord conspicitur, & in mappa Mercatoris malstrom. Sed in Andreæ Burenii Succi Lapponiæ delineatione muskostrom appellatur, ad gradum circiter 68. latitudinis.

Ἀμπώτεις denique illæ & κυμάτων ἄρσεις quas ait sempet lunæ periodum observare κατὰ τινὰς ὡρισμένους καιροὺς variæ sunt, nec in

nec in omnibus locis eadem observant aut intervalla, aut impetum: magis enim circa littora, quam in alto deprehenduntur. In nostro mari Baltico, Caspio, Ponto-Euxino, & aliis nullus ferè observatur, maximus circa flumina oceanum intrantia, Tamesin, Albim, Zidoram & alia. Quibusdam in locis, septenis horis accedit æstus, quinis recedit, ut ad fauces Garumnæ; quibusdam quaternis accedit, octonis refluit, ut ad Guineam, ordinariè in oceano senis fermè accedit, senis vero recedit. Causam hujus æstus potissimam vult esse Lunam, quæ humoribus omnibus dominatur; interim cum dicat πολλὰς ἀμβώτας συμπεριοδεύειν τῇ σελήνῃ de orginario fluxu & refluxu qui singulis duodecim contingit horis, tantum eum loqui manifestum est, simulq; causam principalem hanc esse, à quâ minus principales, Sol scil. & reliqui planetæ non excluduntur. Reliquis æstus qui hæc periodorum non observant tempora fluminibus & fluviis, mari illabentibus, locorum situi subterraneis meatibus aquarum vorticibus aliisque causis adjuvantibus, aliquid etiam acceptum ferunt, ab iis enim eorum

fluxus & refluxus vel juvantur vel impediuntur.

Conclusiones loco generalem tum omnium affectionum tum generationum & corruptionum totius hujus mundi sublunaris, assignat causam, mistionem elementorum, quæ varia producit effecta; nam secundum justam proportionem affectiones edit consentaneas suis causis. Cum vero impedit r aut dissolvitur ἐπὶ μέρους, φθορὰς καὶ γενέσεις affert, tàm in aere quam in terra & mari. Ubi observandum in his verbis ἐν ἀέρι τε καὶ γῆ, καὶ θαλάσσῃ, tria tantum superioribus consentaneè proponi elementatum etiam pro naturâ aqueâ hic poni θαλασσάν non quod autor nullum aliud dari elementum aqueum existimet, (contrarium enim in libris meteor: ostendit) sed quod in mari maxima sit aquarum congeries, non simplex, sed ex misturâ reliquorum & elementorũ constans: Nullum enim jam dari purum elementum, quia in suo sinu reliquorum continuat seminaria, statuunt Philosophi. Deniq; hæc elementorum crasis custodit τὸ σύμπαν ἀνώλετρον τε καὶ ἀγένητον, quæ opinio cum Aristotelem

à sano

à sano sensu, & veteribus philosophis transversum rapuerit, minus approbanda, licet etiam Ciceronem patronum acceperit 2. de Nat. Deorum. Ut manifestissimis sacrarum literarum documentis (quæ infinitis in locis docent mundum universum creatum esse, ac tandem interiturum) eum erroris non convincamus: luber saltim Philosophicam Lactantii ratione contra ipsum producere his verbis: *Quicquid*, inquit, *Est solido & contrectabili corpore accipit externam vim, quod accipit vim dissolubile est, quod dissolvitur interibit, quod interit ortum necesse est, quod ortum est habuit fontem unde oriretur, id est, factorem aliquem, sentientem providum, peritumq; faciendi: Is profectò nec est ullius alius quam DEUS.*

Κεφάλαιον ε. Caput V.

Καὶ τι γέ πο ἐθάυμασε πῶς ποτε &c. *Tametsi extiterant qui sese admirari ad dubitandi dicerent.*

COMMENTARIA ET NOTÆ.

POstquam docuisset Autor miranda illa naturæ opera ex contrariorum elementorum mistione provenire, & generationem ac corruptionem mundum ab interitu vindicare, dubium, suboriebatur Διὰ τί ὁ κόσμος οὐκ ἐκ τῶν ἐναντίων συνέστηκως ἀδιαφθάρτως. Contrariorum enim ea semper est natura ut invicem pugnent, ac destructionem moliantur. Cui ut occurrat hoc capite quinto, ejus rei rationes reddere aggreditur, ita quidem ut primo populari exemplo admiratione dignam esse hanc quæstionem probet. Deinde Philosophicè ex omnium quatuor causarum generibus aliter fieri non posse demonstrat. Efficiens enim causa Natura scil. ut & ejus æmula ars semper contrariis gaudet, quocirca & materiam contrariam sub operi perfectissimo elegit, quæ Formam postulabat talem, quæ sufficiens esset, eam ita connectere ut ex concordi illius harmonia & pulchritudo, & varietas mundi resultaret, ex quâ demum

finem

icet
no-
di-

lio,
um
on-
cet,
δ' ἡ
.2.)
se
.4.
ubi
en
loc
eo
ous
b-
ous
e-
&
il-
o-

μοιων Χριστεσις. Ubi à Budæo secessionem
facimus



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn749362987/phys_0158
DFG

varietas mundi resultaret, ex qua demum finem

finem suum assequeretur omnium scilicet salutem & incolumitatem. Quod quomodo probet, ordine juxta Textus seriem dispiciendum.

Quæstionem hanc non esse de nihilo, eo declarat, quod sit θαυμαστὸν τι, mundum corpus tàm perfectum, tàm diuturnum constitutum ex rebus contrariis ξηρῶν scilicet, ὑγρῶν ψυχρῶν, καὶ θερμῶν (πάντα γὰρ ἡ ἐναντία, ἢ ἐξ ἐναντίων inquit 3. Metaph. c. 2.) adhuc posse subsistere & non dudum esse dissolutum. Cum πᾶσα ἐναντάνσις ἔχει στέρησιν θατέρου τῶν ἐναντίων, 10. Metaph. c. 4. Ubi enim caliditas ibi exulat frigiditas, ubi humiditas, ibi esse nequit siccitas, & tamen contrarium in mundo videamus. Hoc quidem in admiratione dignum esse eo quoque demonstratur, quod in civitatibus & Rebuspublicis θαυμασιώτατον sit, eas subsistere posse etiamsi constent ex hominibus contrariis, pauperibus scil. divitibus, juvenibus, senibus, debilibus, fortibus, malis & bonis, atque ita hæc ὁμονοία πολιτικὴ nihilominus sit μιὰ ἐκ πολλῶν, καὶ ὁμοία ἐξ ἀνομοίων διάτεσις. Ubi à Budæo secessionem facimus

facimus per Διάθεσιν *affectus* intelligente. Rectius enim *Status* aut *Dispositio* dicitur illa reipublicæ conditio quæ est ὑποδεχομένη πασὶν φύσιν καὶ τύχην.

Necessario autem ita fieri debere ex omnibus causis ordine demonstrat, ac primò quidem Efficiente quæ est φύσις seu Natura quæ delectatur ex contrariis non vero ex similibus constituere σύφωνον ut ejus opera mirabiliora appareant. Hic autem per φύσιν potissimum Naturam Naturantem, ut loquuntur, seu ipsum DEUM Opt. Max. creatorem ac conditorem rerum omnium sapientissimum intelligere jure possumus, cui placuit è tàm contrariis harmoniam hanc pulcherrimam ita coagmentare, ut ejus potentia & majestas omnibus esse in propatulo. Vidit hoc Seneca qui à Lanctantio eo nomine libr. 2. de Orig. Err. sic commendatur: *Melius*, inquit, *Seneca stoicorum acutissimos, qui vidit Naturam nihil aliud esse quam DEUM; Ergo inquit, DEUM non laudabimus? Imo laudabimus. Quamvis enim naturalis illa ei sit sibi illam dedit, quoniam DEUS ipsa Natura est.* Hæc igitur illa

illa Natura est, quam Augustin. de Trinit. dicit esse supra hanc naturam cum sic ait: *Supra hanc nostram naturam est Natura non creata, sed creatrix id est* DEUS. Vis hujus argumentationis in hoc consistit; Quocunque Natura delectatur, illud ab eo ita perficitur ut non facilè dissolvatur. Atqui Natura in mundi fabrica delectatur rebus contrariis in unam harmoniam redactis. Ergò illa ita copulavit ut non facile dissolvi possit. Hanc autem Naturæ delectationem declarat ex primâ ὑμονοίᾳ qua τὸ ἄῤῥεν συνήγαγε πρὸς τὸ θῆλυ, non autem marem mari, aut fœminam fœminæ, tanquam suo homogeneo. Quam primam ὁμονοίαν in ipsâ animaliũ creatione à DEO Opt. Max. factam esse ex sacris literis nos Christiani agnoscimus. Imò hunc τῶν ἐναντίων appetitum quibusdam brutis tanto desiderio insitam esse legimus, ut potius mori aut quidvis perpeti malint, quam cum cognatis misceri. Sic refert Arist. de hist. animalium capite 47. *Camelum pullum, matri cooperta admissum, quam cum in succussione coitus delapso velamento agnovisset tandem,*

veluti

veluti commissi incestus conscium, Camelarium mordicus discerpsisse. Et Scytharum regis equum generosum in delitiis habitum, cum à concubitu faciem matris detectam agnovisset, confestim fugam arripuisse, ac ex altâ rupe, se præcipitasse.

Idemq; ἡ τέχνη τὴν Φύσιν μιμεμένη abundè evincit, quæ etiam opera sua ex contrariis perficere gestit. ζωγραφία namque quæ picturæ species est, ut animalium figuras exactè delineet, archetypum ad amussim exprimat, non similibus utitur: Sed λευκῶν καὶ μελάνων ὠχρῶν καὶ ἐρυθρῶν aliisq; contrariis variè mistis, optatum pingendi scopum consequitur. Μουσικὴ verò sonos diversos ὀξέα ἅμα καὶ βαρέα, μακρὰ τε καὶ βραχέα in unum concentum cogit ac certo temporum & intervallorum commensuratione unam hoc pacto concordem perficit ἁρμονίαν. Γραμματικὴ pari ratione ex vocalibus & consonantibus κράσιν dictionum instituit, ex quâ tota ars de vocum ratione constituitur. Quibus exemplis tàm manifestis artium Naturam imitantiũ, & con-

& contrariis gaudentiū ſua autoritate ſubſcribit Epheſius ille Phyſicus αἰνιδάκτῳ Heraclitus ob philoſophandi rationem obſcuriſſimam σκοτεινος dictus in hunc modum. Συναψιας ὅλα καὶ οὐχ ὅλα, συμφερόμενον καὶ διαφερόμενον συνᾶδον καὶ διᾶδον, καὶ ἐκ πάντων ἕν, καὶ ἐξ ἑνὸς πάντα. Ac huic quidem loco Hieracliti lucem haud exiguam præbet Gal in lib. Hip. de Nat. hum. cùm docet multos veterum philoſophorum ex uno elemento tetræ, per rarefactionem reliqua, ex reliquis ignem produci ſtatuiſſe, ac omnia dum mundus peribit in ignem reditura, ex quo ſolo per ingroſſationem reliqua elementa produci & inſtaurari poſſe crediderunt atque hoc eſſe ἐκ πάντων ἕν, καὶ ἐξ ἑνὸς πάντα.

Secundum argumentum Philoſophicum quo probat mundum ex contrariis compoſitum hucusque perſiſtere potuiſſe ſine ipſius interitu, ex causâ materiali depromit: principiis ſcil. & corporibus contrariis in unam harmoniam redactis. Sic ferè procedendo: Quæcunq; principia & corpora contraria in unam ſunt redacta harmoniam, illa non facilè ſe invicem deſtruunt,

struunt, atqui Principia & corpora contraria ex quibus mundus constat, sunt ea lecta in unam harmoniam in mundi conscitatione. Ergo destructionem non moliuntur. Major cum perspicua & firma satis sit, operosè ab eo non probatur. Minorem vero quod scilicet cœlum & terra & totus mundus constitutus sit ex contrariis principiis & corporibus ab unâ harmoniâ in κρᾶσιν redactis probat 1. Inductione quia ξηρὸν ὑγρῷ, θερμὸν ψύχει, κάρον βαρεῖ permistum reperitur, imò terrâ, mare, cœlum, Sol Luna reliquaq; corpora diversitate suâ variè mundum exornant & constituunt. 2. A causa efficiente instrumentali, quæ est μία ἀπὸ πάντων δημιουργικὴ δύναμις δημιουργικὴ, ex simplicibus & contrariis, Terra scil. aqua, aere & igne universum constituens, & sub unius sphæra ἀπφανείᾳ comprehendens, undè maximè contraria, vi suâ cogit ὁμολογεῖσθαι in universi incolumitatem & salutem, quod à Platone in Timæo, à Timæo Locro libro de mundi anima & Hermete in Poemandro desumpsit. Hæc autem vis δημιουργικὴ est ipsa providentia divina, quæ ut omnia in mundo rite admini-

administrentur efficit, quod Manil. libr. 2. Math. sic exprimit:

Membraq; Naturæ diversâ condita formâ
Vis animæ divina regit. sacroq; meatu
Conspirat DEUS, & tacita ratione gubernat.

Quod animadvertentes quoque ex veteribus Phisosophis quamplurimi, mundum animatum esse putarunt; ac inprimis Plato, eum animal vocare non dubitavit. Quem secuti ejus sequaces ferè omnes mundo Spiritum quendam universalem seu animam attribuerunt, quam Plotin. lib. 1. Enneud. 9. c. 4. sic describit: *Conclude animalem quendam Spiritũ semper ab animâ mundi quasi interioris vitæ propaginem pullare, ignemq; hunc esse, ac quasi lumen animatum in dimẽsiones jam porrectum Spiritum actu, lucidum potentia calidum, generationis omnium, ubiq; formitem & parentem.*

Ex *Formâ* quoque ὁμολογίᾳ scilicet συνεχείας, invictam deprimit rationem: Omne enim corpus à concordiâ informatum facilè dissolvi nequit. At corpus mundanum tale est, ergò facilè dissolvi nequit.

Majorem

Majorem confirmat ex causis efficientibus hujus ὁμολογίας ἡσομερείας scil. καὶ τὸ μηδὲν αὐτῶν πλέον ἕτερον ἑτέρᾳ δύνασθαι. Ut enim funambuli beneficio æquilibrii corpora sustentant, dum funem in sublimi aere suspensum pererrant; Sic rerum naturalium æquilibrium, concordiam procreat, quæ non permittit mundum vacillare aut ullo pacto ad corruptionem inclinare. Minorem confirmat inductione principiorum & qualitatum ex quibus universum hoc conflatum est, gravia enim & levia, calida & frigida æqualem sortita sunt ἀντίπασιν, ut ita demonstrent τὸ ἴσον σωστικὸν ὁμονοίας quæ causa est Formalis εὐκαλλεστάτης τοῦ κόσμου. Ex eâ etenim totius mundi pulchritudo dependet; quam non esse exiguam variis rationibus convincit. Primò quidem quia omne quod pulchrum in mundo conspicitur, ejus pars sit. Deindè quod omne pulchrum & ordinatum sit ἐπώνυμον mundo, & ἀπὸ τοῦ κόσμου λεγόμενον κεκοσμῆσθαι. Quod & Latinus agnovit Poeta dum caneret:

Non alio Mundus debebat nomine, dici.
Nomen ab ornatu convenient ei habet.

Et autor

Et autor ipse capite sequenti in hunc modum κόσμον δ' ἐτύμως τὸ σύμπαν ἀλλ' οὐκ ἀκολμίαν ὀνομάσαις. Adhæc inductione principalium mundi partium idem comprobatur. Cœlum etenim si consideremus, in eo & τάξις & φορὰ astrorum, suis varietatibus ineffabilem hanc pulchritudinem abundè declarant. Si enim quis ordinem observaverit, quem Sol & Luna ἐν ἀκριβεστάτοις μέτροις ἐξ αἰῶνος εἰς ἑτερὸν αἰῶνα tenent, non potest, quin radiis tantæ pulchritudinis perstringatur. Ubi non prætereundum contextui autoris conformiter per αἰῶν hic non innui vel ævum vel æternitatem (ex quâ quidem illud dictum putant quasi αὐ'εν ὤν) vel sæculum seu triginta annorum spacium, vel hominis vitam; sed magnum seu Platonicum annum, quem stellarum omnium in toto cœlo ad eundem locum reditu metiuntur, atque spacio quindecim millium annorum fieri arbitrantur. Ex hisce corporum cœlestium motibus & ordine, tempora æstatis & hyemis, noctes & dies imo menses in anni ἀποτέλεσμα non sine insigni decore & constantiâ referunt αἱ καλαὶ καὶ γόνιμοι τῶν ὅλων ὧραι.

Per quas sive tempus ipsum intellexeris, sive Deas pulchritudini & temporibus destinatas (quod forsan autoris nostri menti magis congruum) vix aberraveris. Hæc itaque illa est harmonia quam tantopere deprædicat cap. sequenti, cum inquit, Μια δ' ἐκ πάντων ἁρμονία σωζομένων καὶ χορευόντων κατὰ τὸν ἑφεξῆς, ἑνὸς τε γίνεται. Hæc tam admiranda cœlestium pulchritudine ab ipsâ formâ ἁρμονία scil. dependente, permotus autor in cœli encomiâ ex variis ejus proprietatibus & effectis desumpta plenis velis fertur, quæ tamen omniâ ad formæ efficaciam, & pulcritudinis demonstrationem spectant. Quem locum minus assecutus videtur. Langius dum ea quæ de cœlo adfert autor, ipse de toto mundo interpretatur, non sine magnâ violentiâ & loci ipsius depravatione, ut in progressu & explicatione singularum proprietatum melius apparebit. Ut taceam quod Pronomen αὐτὸς non ad κοσμὸν quod longius præcessit, sed ad ἑφεξῆς quod proximius, sic referendum expresse enim asserit se hîc mundi pulchritudinem considerare ὅση μέρεις à corpore cœlesti incipiendo, cujus ubi τάξιν & φορὰν expli-

explicuisset, ad encomia ex proprietatibus & effectis transit.

Est itaque ἐσχατος μεγέθει πανυπέρτατος cum etenim corporum omnium sit extremum, reliqua in se continens nullum eo majus dari aut reperiri potest. Quod mundo universo accommodari nequit cum alia non extent extra ipsum corpora cum quibus in comparationem venire possit. Κινήσει ὀξύτατος; quod tamen de solis astris, non vero corpore cœlesti intelligendum, in capitis secundi enodatione demonstravimus. λαμπρότητι ἐναγέστατος si astra ipsa eorumque lucem & splendorem consideres. Et hoc quo pacto toti mundo aut reliquis cujus corporibus applicabis? δυνάμει ἀχήρως καὶ ἀφθάρτως quod itidem quo sensu capiendum sit cap. 2. expositum ubi tàm rationibus immotis, quam sacrarum literarum autoritatibus perspicuis & experientiæ ope demonstratum; Corpus cœleste alterationis generationis & corruptionis aleam neutiquam subterfugere.

Ejus quoque dignitas præstantia est pulcritudo ex effectis elucet: Naturas

enim animalium omnium aquatilium, terrestrium & aereorum ἐχώρησε & unicuique juxta speciē suam vitam & motum ἐμέτρησε. Quod quomodo fiat pluribus 2. de Gen. & Corr: c. 10. demonstrat, ac inter reliqua οἱ χρόνοι, inquit, καὶ οἱ βίοι ἕκαστον ἀριθμὸν ἔχουσι, καὶ τοῦτος διορίζοντες. & paulò post: *Videmus quod adveniente quidem sole generatio est, recedente autem corruptio & inæquali tempore utrumq́;* & T. 59. συνεπλήρωσε τὸ ὅλον ὁ θεὸς ἐντελεχῆ ποιήσας τὴν γένεσιν. Hinc illud: Ἐκ τούτου πάντα ἐκπνεῖ τε καὶ ψυχὴν ἴσχει τὰ ζῶα. Admirabilium præterea & novorum παραδόξων causa efficiens idem cœlum cum astris suis conspicitur, varias ventorum procellas excitando fulmina ignita fractis nubibus procreando, ex quibus humidum exprimitur, ignitum vero exhalat eum saltim in finem ut rediganur τὸ πᾶν εἰς ὁμονοιαν καὶ καθίσησιν.

Terra quoque tàm ornatus quàm officia, quæ ex communi hac forma ἁρμονία. scilicet universi dependent, τὴς ἀγέρω φύσιν ὁμοίως τηρεῖ. Dum enim varietate mirâ plantarum exornatur, fluviis fontibus, & fluminibus perenni fluxu irrigatur, infinitorum

torum animalium vestigiis assiduè teritur, caq; omnia & producit & nutrit, & continet, in varias species diffundendo, variisq; affectionibus colorando, mundanam stabilitatem adjuvat, ejusque corruptibilitatem vindicat, quòd pulchrè quoque expressit Lucret. 2. de Nat. rerum in hunc modum.

Unde alma liquentes
Humorum guttas mater cum Terra recepit,
Fœta parit, nitidas fruges, arbustaq; læta
Et genus humanum: parit omnia secla ferarum
Pabula cum præbet, quibus omnes corpora pascum.
Et dulcem ducant vitam, prolemq; propagent.
Quapropter meritò maternum nomen adepta est.

Ex causâ Finali suum denique probare nititur propositum, quæ est τὸ ἀγαθὸν quod sui semper conservativum, & σωτηρία πάντων ab omni corruptione semper alieniss ima; Quasi diceret, cujuscunque finis est omnium salus, illud non facilè dissolvitur: Atque mundi finis est omnium salus, Ergò non facilè dissolvitur. Major immota cum σωτηρία καὶ φθορᾷ se mutuò tollant. Dubia quæ circa minorem occurrere possint, ordine dissolvit. Nam quamvis in inferiori

hujus mundi globo multæ occurrant affectiones quæ potius interitum universi minari videantur quam salutem, tamen omnes ad scopum jam dictum collimant. Concutitur quidem Terra σεισμοῖς, & violentis motibus disrumpitur ac convellitur, sed hoc in bonum finem ut scil. incluſus spiritus exitum habeat, & τῶν πνευμάτων περιεμπλώσεις eructare valeant, quæ alioquin universi harmoniam perturbarent, ac majora pericula crearent. Diluitur quoq; sæpenumerò πῖς πλημμυρίαι, sed hæc omnia morbida ac noxia tollunt, ac iisdem ut vult Apulejus, *fœtus Terræ opinantur*, ut illa quæ in textu videntur transposita cum B. Vulcanio ita restituantur: Καθαιρομένη τὲ ὄμβροις, ἀποκλύζεται παντὸς τοῦ κατώθεν, τοῦ τε ὑπ' αὐτὴν καὶ τοῦ ὑπὲρ αὐτὴν κειμένου. πνεομένη ἢ ἄνεμος εἰλικρινεῖται &c. Probabilius etenim & veritati maximè consentaneum inundationibus & imbribus tam subterranea, quam ea quæ supra terram sunt à noxiis & pestiferi dilui potius, quàm ventis, qui in superficie saltem vires suos exercent. Finis namque ventorum est Εἰλικρινεῖν eventilare ac syncera reddere ea saltem

saltem quæ attingere valet, ut de aliis innumeris utilitatibus nihil dicamus. Nec πυρκαϊαι & φλόγες suis destituuntur commodis & utilitatibus, ita enim liquant tepefaciunt & moderantur τὸ παγετῶδες ne ullum incommodum terris adferre possit, calidumnamque & glaciale sibi invicem mutuas præstant operas, & ut φλόγες παίνεσιν (malo legere χλιαίνεσιν quia eâ voce utitur autor cap. 4. in eadem significatione, de ignibus subterraneis aquas calefacientibus hoc pacto. Τὰ μὲν χλιαρὰ τῶν ναμάτων αἰνίσσι, & παίνω pinguefacio proprie dicitur) τὸ παγετῶδες, ita οἱ πάγοι αἰνίσσεται ὑπὸ φλόγας.

Concludit denique ex hac causarum serie fieri particulares generationes & corruptiones, dum quædam generantur, quædam vero intereunt eum saltim in finem, ut ex omnibus perficiatur μία παγκόσμιος σωτηρία. Dum enim in tanta rerum varietate causarumq; sibi invicem adjuvantium serie quædam imperium tenent, quædam v. aliis imperãtibus per vices subjacent, hoc efficitur ut hominum producatur salus, custodiatur & permaneat τὸ σύμπαν

ἄφθαρτοι δι' αἰῶνος seu seculi consummationem, quando videlicet DEUS Op. Max. & causarum vincucula est dissoluturus, & totum mundum in nihilum vicissim redacturus.

Κεφάλαιον ϛ. Caput VI.

Λοιπὸν δεὶ περὶ τῆς τῶν *Restat ut summatim de* ὅλων συνεκτικῆς αἰτίας *causa disseramus, quæ* κεφαλεωδῶς ἐπὶν &c. *cunctarum ipsa rerum vim &c.*

COMMENTARIA ET NOTÆ.

SIquidem ea quæ ad naturam mundi & corporum in eo existentium spectant sufficienter, juxta instituti rationem hactenus persecutus est Autor; ne quid ab eo prætermissum videatur quod ad absolutam ejus cognitionem spectare possit, de causa eum continente jam agere decrevit, ita quidem, ut eum esse DEUM Optim. & Maximum variis antiquorum testimoniis, rationibus ex ejus gubernandi modo desumptis, & denique similitudinibus à regibus aliisq; petitis,

Capitis Sexti.

Caput 6. de DEO agit vel respectu

- Effectum sic omnia causa continens quia
  - Omnes hoc approbant
  - Nihil a seipso est
  - Veteres omnia DEO plena dixerunt, quod intelligendum vult saltim quoad
- Potentiam
  - 1. Non defatigatur
  - 2. Summam sedem occupat, hinc
    - Poeta id suadent
    - Summum corpus plus de Divinitate participat quam inferius.
  - 3. Reges Persarum idem observant quorum describitur
    - ornatus in
      - Regia
        - Susis & Ecbatanis
        - Auro & ebore scatente
        - Atriis multis ornata
        - Vestibulis praclara
        - Portis & muris aneis firmata
      - Satelitio
        - Virorum probitorum
        - ἰοφυφόρων
        - τεθραπόντων
        - πυλωρῶν
        - ὀϊστικῶν
  - 4. Decorum suadet
  - 5. Arte enim indiget
  - Regimen
    - Domi per
      - Vectigalium exactores
      - Duces bellorum & venationum
      - Donorum curatores
    - Foris in Asia per
      - Primarios
        - Duces
        - Satrapas
        - Regulos
      - Secundarios
        - Cursores
        - Speculatores
        - Nuncios
        - Custodes
        - Stationarios
        - Excubitores
  - 6. Divinius hoc videtur
  - 7. Artifices quidam in suis operib. hoc emulantur ut
    - μεγαλεργος
    - ὑδρόσπαστος.
- Motum, ipse enim primus motor unico impulsu omnia juxta cujusq; naturam impellit. quod declaratur similitudinibus,
  - 1. Ex inanimatis
    - Ut n. corpora variatur figurarum uno motu ex uno base profecta varie movent.
    - ita
      - Corpora mundana ab uno DEO juxta instam suam naturam.
  - 2. ab animatis
    - Ut n. qui è sinu suo animal bolatile, gressile & reptile mittit una emissione diversorum motuum est causa
    - ita
      - Corpora cœlestia varie ab uno Deo impulsa moventi
        - Luna, mense
        - Sole, Venere,
        - Iove, Anno.
        - Marte biennio
        - Mercurio. 12o.
        - Saturno 30. annis
  - 3. à choro ut n. incipiente coripheo omnes concinunt
    - Sic DEO impellente omnia astra moveri incipiunt præcipuè vero Sole motu
      - Primi mobilis diem & noctem discernens
      - Proprio
        - anni tempora distinguens
        - Meteora in aere producens
        - Varias affectiones in Terra causans
- suipsius sic dicitur
  - Omnium pater & Dominus invisibilis sed perceptibilis
    - ratione
      1. Creata enim omnia sua munera obeunt quia ipse jubet.
      2. Ut imperator etsi non videatur à militibus tamen cum classicum canere jubet, quig; sua faciunt officia
    - effectis quod probatur
      - Similitudine ab anima quæ non videtur ab ea tamen
        - Vitæ cultus
        - Terræ fructificatio
        - Artium cognitio
        - Legum usus
        - Respublicæ
        - Pax, bellum.
      - Inductione effectuum in
        - Aere
        - Aqua
        - Terra
  - Sustentator omnium ut
    - Umbilicus in fornicibus.
    - Scutum in statua minervæ.
  - Omnium supremus in summa mundi parte existens, quia
    1. Est essentia purissima cui locus debetur purissimus.
    2. Omnes hoc testantur
       - Voce.
       - Gestibus.
    3. Cœlum sensibilium præstantissimum.
    - Terrena varijs mutationibus subjacent ut
      - Terræmotibus
      - Imbribus
      - Undarum recursibus
      - Tempestatibus
      - Incendijs
        - externis
        - internis
  - Nulli defatigationi obnoxius quod probat
    - Similitudine à lege quæ omnia in republica gubernat licet sit immobilis.
    - Ab effectis qua sine labore producit in.
      - plantis
      - animalibus.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn749362987/phys_0177
DFG

hisce

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn749362987/phys_0179
DFG

petitis,

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn749362987/phys_0180
DFG

petitis, demonstret. Simulque in DEI essentiam & locum ex variis quæ ei tribuuntur adjunctis & effectis sollicitè inquirit. Ita tamen ut in plerisque rationis ductum sequatur & ex mundanis hisce & corruptibilibus cœlestia illa & incorruptibilia metiatur. Est itaque hoc caput compendium Theologiæ Ethnicæ, ex quo cernere licet, quousque radiis divinæ lucis destituti rationis ductu in divinis pervenerint.

Mox in initio instituti sui rationes proponit, & totius negotii summam exponit, dum nihil restare dicat, nisi ut sermo instituatur περὶ τῆς τῶν ὅλων συνεκτικῆς αἰτίας, de qua ut de reliquis κεφαλαιωδῶς tantum, non vero fusè in utramque partem disputando putat disserẽdum idque omnino necessarium esse, decorum suadet, cujus limites transgreditur, qui de mundo disputat & quod in eo est κυκλοτερὲς omittit. Ita enim natura comparati sumus, ut si præclarum aliquod artificium spectemus, de artifice quæramus & solliciti simus. Verum suam in tàm arduo negotio non diffitetur infantiam, cum ingenuè affirmet, se non δι' ἀκριβείας, sed saltim ὡς ἐκ τυπώδη μαθήσιν de hisce

hisce tam sublimibus disserere posse. Quam in rebus divinis timiditatem in autore commendat Seneca lib. 7. Nat. Quæst. c. 30. his verbis: *Egregie Aristotelis, nunquam nos verecundiores esse debere, quam cum de Diis agitur.* Per συνεκτικὴν αἰτίαν illam intelligit causam quæ mundum continet, conservat & sustinet, quà sublatâ penitus cum interire necessum est, ut Medici causas continentes morborum in corpore humano, eas solent vocare, quæ morbo proximè adhærent, & quibus positis affectus ponitur, & sublatis tollitur.

DEUM autem hoc capite considerat vel ratione effectuum vel ratione suipsius, ac priori quidem modo eum esse rerum omnium συνεκτικὴν αἰτίαν, demonstrat prrmò ab antiquitate & omnium consensu, qui ab antiquissimis acceperunt, & pro patrio dogmate tenent, ἐκ θεοῦ τὰ πάντα, καὶ διὰ θεοῦ consistere. Quod ex Orpheo desumpsisse videtur, qui pari ratione idem comprobat his verbis.

Παλαῖος τε λόγοις περὶ οὗ δὲ φαεῖνε,

ὡς ἐστὶν

ὡς ἐστὶν αὐτοτελὴς, αὐτοῦ τι ὑπὸ πάντα
τελεῖται.
ἐν δ' αὐτοῖς αὐτὸς περινίσσεται.

Hoc itaque dogma omnium sermone jactatum esse ait, & tàm antiquum, ut primum ejus autorem reperire non liceat.

Secundò ratione id comprobat; Quia nihil in rerum naturâ reperitur, quod ejus ope destitutum, per se subsistere possit, aut valeat, nec ulla res αὐταρκὴ dici possit.

Tertiò testimonio veterum qui asserere non dubitaverunt παντὰ εἶναι θεῶν πλέα, eorumque simulachra, & in oculos & in aures & în omnes sensus incurrere, quâ de causâ Aratur Phœnomina sua sic inchoat.

Ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα τὸν οὐδέποτ' ἄνδρες
ἐῶμεν
Ἀῤῥητόν. μεσταὶ δὲ Διὸς πᾶσαι μὲν ἀγύιαι,
Πᾶσαι δ' ἀνθρώπων ἀγοραὶ μεστὴ δὲ
θάλασσα
Καὶ λιμένες, πάντη δὲ Διὸς κεχρώμεθα
πάντες.

Quod

Quod Virgilius in Eclogis brevibus sic egressit:

A Jove principium musæ, Jovis omnia plena.

Si Hermes in sermone mentis ἅπαντα γὰρ πλήρη τοῦ θεοῦ & quod per omnia penetret & ubique sit libro de communi mente his profert: ὁ δὲ θεὸς καὶ τοῦ πάντων, καὶ διὰ πάντων; ἐνέργεια γάρ ἐστι καὶ δύναμις.

Hanc sanam veterum sententiam, quâ indicare volunt DEUM οὐσίᾳ ubique esse argumentis haud paucis convellere attentat autor, probando eam conformem quidem esse τῇ θείᾳ δυνάμει, non vero τῇ οὐσίᾳ. Primum ejus argumentum hoc est; Si Deus οὐσίᾳ sua præsens esset omnibus; in modum operarii defatigaretur. Sed hoc absurdum, quia σωτὴρ καὶ γίνετωρ ἁπάντων, omnia peragit δυνάμει ἀτρύτῳ, ergo & illud. Majorem vel quivis è trivio negaverit. Cum etenim vel ipso Aristotele teste, Deus sit ζωὴ ἀθανατὸς, ἀρετὴ κεφαπτὸς quis corporeas & mortales passiones ei competere existimabit? Quin cum fateatur δύναμιν quâ utitur esse ἀτρύτον, utique & DEUM ipsum ejusdem esse naturæ ut largiatur necesse est, nisi Accidens suo subjecto præstantius esse statuere

statuere velit (quamvis in DEUM accidentia non cadant, et cum potentia DEI sit ipse DEUS, qualis illa talem & hunc esse fateri cogimur), imo paulò post expressè ait, ἐπὶ παῦ διεκνεῖσθαι πέφυκε τὸ θεῖον, quod si de divino verum, multò magis de DEO ipso.

Secundum: Quicunque οὐσία summam totius universi occupat sedem, is eâdem omnipræsens esse nequit. Atqui DEUS οὐσία sua est in summâ sede universi & eâdem omnipotens esse nequit. Et major & minor argumenti falsa est. Major etenim de natura finitâ, non vero essentiâ infinitâ qualis DEUS veram est. *Hunc* enim *cœli cœlorum capere nequeunt* 1: Reg. 8. vers. 27. *Magnitudinis ejus non est finis.* Psal. 145. v. 3. Minor pari ratione fallit, quia per ἀνωτάτω localem stationem intelligit & πρώτην ἕδραν, quæ reliqua loca excludit; non vero omnipotentiæ & majestatis sublimitatem, qua DEUS tanquam essentia spiritualis vel infinita omnibus adest.

At minorem operosè probare studet, 1. ex eo quod à veteribus DEUS dictus sit ἀθάνατος. Sic enim Hom. 1. Odyss. ὡς πατὴρ ἡ μέτηρ

ἢ μέτερε κρονίδη ὕπατε κρειόντων. Illud clarè satis refutat Plutarchus, eum non à loco sed ab imperio ita dictum, demonstrando. Sic enim inquit: *Summum enim & primum Hypatum prisci, appellabant. Primus vero Homerus Deorum imperantium imperatorem* DEUM ὕπατον κρειόντων *nuncupavit.* 2. Quia juxta Poetes residet in ἀκρωτάτη κορυφῇ οὐρανοῦ. Sic n. Orpheus:

οὗτος γὰρ χαλκεῖον ἐς οὐρανὸν ἐστήρυκται
χρυσέω ἐνὶ θρόνῳ, γαίης τε ἐπὶ ποσὶ βέβηκε.

Et Hom: Ζεὺς ὑψιβρεμέτης, ὃς ὑπέταται δώματα νεάει.

Quis vero sacris Christianis initiatus Ethnicorum Poetarum figmenta, prætulit veræ ac sanæ doctrinæ de omnipotentiâ & omnipræsentia divina, quam vel ipse autor, licet saltim quoad δύναμιν, vel invitus largiri cogit. Et quamvis sacrarum literarum loca quædam occurrant, quæ specietenus huic opinioni patrocinari videantur (ut Ps. 112, 5. *Quis sicut Dominus* DEUS *noster qui in altis habitat, & humilia respicit in cœlo & in terra.* Luc. 2. v, 11. *Gloria in altissimis*

DEO

DEO & *in terrâ pax hominibus.* Ecclesiast. 38. *Honora medicum propter necessitatem, etenim eum propter necessitatem creavit altissimus)* tamen de altitudine & sublimitate non loci sed majestatis & gloriæ sermonem hic esse vel luscus videt. Notum namque DEUM vel κατ' ἐξοχὴν dici esse in sumitate cœlorum horum aspectabilium, quia in illis clarissima suæ majestatis & gloriæ testimonia & signa erexit, vel ἀθρωποπαδῶς quò homines erudiantur, ut aliquo saltem modo cognoscant summam DEI majestatem & gloriam. 3. Quia potentia divina magis fruuntur ea quę ipsi vicina, quam remota; adeò ut ipsa terra ἐν ἀποστάσει πλείστῃ τῆς ἐκ θεοῦ ὠφελείας infirma admodum sit & concinnitatis ferè omnis expers. Prius membrum hujus probationis manifestè falsum, cum omnia corpora cœlestia à supremo ad infimum usque ejusdem sint nobilitatis & præstantiæ, licet lumine & quibusdam accidentibus differunt. Imo inter stellas fixas, altiores licet, haud paucæ reperiantur, si lucem & effectus consideres, ignobiliores planetis inferioribus. Eleganter vero huic respondet

respondet D. August. libr. 2. de Serm. Domini in monte cap. 9. sic inquiens: *Si in cœlis tanquam in superioribus mundi partibus locus DEI esse creditur, melioris meriti sunt aves quorum vita est DEO vicinior.* Posterius ipse refutat cum causam mutationum, corruptionum, & variarum turbarum in hisce inferioribus, non esse absentiam potentiæ & providentiæ divinæ asserit, quia ὅτι πᾶν μιχνεῖσθαι πέφυκε τὸ θεῖον. Si igitur æque ad inferiora atque ad superiora divina pertingat sapientia quomodo remota à terrenis dici potest. Imo ipsam experientiam si consulas falsitatem hujus assertionis abundè demonstrabit, nec enim terra fructus & segetes, nec animalia fœtus nec mare pisces, si Divina opè destitueretur, producerent, imò sublatâ hac causâ continente, omniâ dudum, destructa & collapsa fuissent. Secundum igitur hoc argumentum cum omnibus suis fulcris suâ mole ruit.

Tertium autem à decoro depromit. κρεῖττον enim καὶ πρέπον esse putat & DEO magis consentaneum illam quæ in cœlo est potesta-

potestatem (ἡ ἐν οὐρανῷ δύναμις ἱδρυμένη hoc in loco pro ipsâ οὐσία divina sumi videtur, contrarium enim de δυνάμει superius asserebat) rebus universis salutem operari etiam longissimè dissitis, etsi iis non permisceatur, aut res terrenas sua præsentiâ curet & administret αὐτουργῶς. Quasi sic argumentaretur, quicquid naturæ divinæ magis consonum & decorum, illud statuendum; Sed naturæ divinæ magis consonum & decorum, ut ipsa in cœlo maneat & se non demittat ad inferiora, ergò hoc de eâ statuendum est. At minorem falsam esse suprà probatum: quam nihilominus stabilire conatur. 1. Exemplo hominum. Si enim principi & in aliquo dignitatis gradu constituto minus decorum censetur παντὶ τῷ τύχοντι ἐφίστασθαι ἔργῳ; multò minus id Deo putat competere, at verum prius, ergo & posterius. At major omninò falsa, quin ab hominibus ad DEUM à materiato ad immateriatum, à corruptibili ad incorruptibile, à finito ad infinitum non valeat consequentia. 1. Similitudinè à Regibus Persarum desumptâ, qui in magnâ Pompâ aut Susis aut Ecbatanis residebant, ac rarò

ſeſe conſpiciendos præbeant, ſed omnia per emiſſarios ac famulos dirigebant. Par ſuperiori hic eſt error, & iiſdem arietibus convellitur. Imo ipſe autor in hiſce ſibi parum conſtans, mox hæc ſubjungit. Νομιστέον δὴ τὴν τοῦ μεγάλου βασιλέως ὑπεροχὴν πρὸς τὴν τοῦτον κόσμον ἐπέχοντος θεοῦ, τοσούτον κατεδεεστέραν ὅσον τῆς ἐκείνου, τὴν τοῦ φαυλοτάτου τε καὶ ἀσθενεστάτου ζώου.

Sed in hac de regibus Perſarum digreſſione copioſior aliquantò eſt, eorum magnificentiam tàm ea quæ ornatum ſpectabant, quam quæ adminiſtrandi rationem concernebant, pluribus commemorando. Pompa et ornatus primò conſpiciebatur inſignis in Regia ipſa quæ erat vel ἐν Σούσοις ubi arx Memnonia à regibus Perſarum magnificentiſſimè locupleta & ditata, quæ tandem ſpectante Alexandro, incitante vero Thaide nobile ſcorto, ignibus ſuccenſa conflagravit: vel ἐν ἐκβατάνοις ubi Semiramis Aſſyriorum Regina hortos in rupibus ambitu 12 aut plurium ſtadiorum, & aulas regias undè totum exercitum proſpicere poſſet magnifico ſumptu ædificavit. Harum a. Regiarum ſplendor extabat vel in ſtructurâ vel in

Satellitio

Satellitio. In structurâ quidem 1. Quod undique fulgebant χρυσῷ, ἠλέκτρῳ, καὶ ἐλέφαντι 2. Quod πυλῶνες seu atria in iis erant πολλοὶ καὶ συνεχεῖς. 3. Vestibula seu πρόθυρα multis stadiis discreta. 4. Quod portis ac januis æreis, ac magnis muris undique septæ Satellium quod attinet; in Regiis ipsis dispositi erant ἄνδρες πεῖροι καὶ δοκιμώτατοι quorum fides diu multumque in variis negotiis anteà erat explorata, quorum officia ita erant distributa, ut quidam ex iis essent δορυφόροι hastiferi & ἀγγελοφόροι, quidam unius cujusq; atrii vel φύλακες vel πύλωροι seu janitores vel ὠτακουσταὶ qui ad reges deferebant quicquid audiverunt, unde & aeres regiæ dictæ, licet ipse rex qui dicebatur δεσπότης καὶ θεὸς omnia & videret & audiret.

Majestate aereis Regiæ quoad structuram & sabellitium ita delineatur ad rationem gubernandi & regimen ipsum transit, quod quidem domi seu Susis, & Ecbatanis administrabatur partim per ταμίας πρόσοδων seu Quæstores, & redituum exactores. πρόσοδος enim omnem reditum ex quacunq; re notat) partim per στρατάρχας πολέμων καὶ κυνηγεσίων præfectos militiæ & venationis

(Apulejus πόλεων videtur legisse cum vertit, *alios præfecerat cæteris urbibus*; Nec quidem malè, cum στρατὸς & exercitum & civium multitudinem notet Pindaro in Olymp. Od. 5. cum ait: ἵππιος οἷσιν ἄρδει στρατὸν, quibus Hipparis irrigat urbem seu cives) venationum quoque habebant præfectos, eò quod illa apud ipsos maximo fuerit in precio, quod vel ex Xenophonte l. 1. Cyripediæ videre licet, ubi de Persarum venationibus hanc habet, *Cum ad venationem rex exierit id quod persæpè agit in mense, educit secum dimidium custodiæ, habeant autem exeuntes oportet arcus & juxta pharetram, in vagina mucronem aut securim, præterea cratem & duo pila, quo ut alterum ejaculentur, altero si opus fueret cominus utantur. Ob hanc causam publicè dant operam venationi, & rex tanquam in bello illis se ducem præstat & ipse tùm venatur, tùm ut alii venentur diligentiam adhibet, quod venatio ejus videtur verissima rerum bellicarum meditatio corpus cursibus exercet, illique robur addit.*

In hâc

In hac vero rerum administratione erant quoque δέκτωρ ἀποδεκτῆρες, quorum officium erat Dona, quæ regibus offerebantur, accipere & deferre. Lege namque apud Persas cautum erat, ne quis ad Regem admitteretur, nisi prius ipsum vel auream ejus statuam supplex adorasset, ac munus pro suâ facultate obtulisset. Hinc refert Athen. ex libr. 4. Herodot. Scitharum Caduceatorum Dario obtulisse ὄρνιν αἶσαν καὶ βέλεμνον, avem sagittam & Ranam. Erant præterea alii multi suis quiq; destinati muneribus quos autor pluribus non commemorat.

Imperium v. Asiæ quod occidentem versus terminabatur Ellesponto, Orientem versus India, variis quoque administrabatur officinarijs. Erant enim primò constituti uniuscujusq; gentis ἡγεμόνες καὶ πατέρες καὶ βασιλεῖς qui omnes licet essent in amplissimâ dignitate constituti nihilominus erant δοῦλοι τοῦ μεγάλου βασιλέως seu servitiis magni Persarum regis addicti (δοῦλος etenim hoc in loco non pro mancipio aut vili servo, sed potius officiario capiendum.) Præter hos principales & primarios provin-

ciacium administratores, erant quoq; minus principales & viliores; ut ἡμεροδρόμοι seu cursores qui ab aliis Angarii & Veredarii dicuntur, quod cursu singulis diebus magnum peragant spacium: σκοποὶ seu Inspectores ἀγγελιαφόροι φύλακες καὶ Φρυκτωρίων ἐποπτῆρες, hi in altis speculis facum artificiosà ostensione quicquid gerebatur indicare poterant. Hinc autor dicit illos κατὰ Μηδικὸς per totum imperium usque ad Susas & Ecbatanos indicare potuisse, quicquid ubique rerum gerebatur. Herodotus autor est, *nihil in rebus humanis hoc ignium indicio velocius*, & Xenophon Ceropad. l. 8. hos nuncios *gruum volatu celeriores facit*. De hoc artificio plura habet Polyb. libr. 10. Antiquissima hæc ars & in bellis summè necessaria, unde etiam apud nos & alias gentes frequentata, quæ quantum exculta videbis in eleganti epistola Causaboni, nuper à Joachimo Morsio, amico nostro haud vulgari, publicata.

Quæ hactenus fusè admodum de magnificentiâ Regum Persarum eorumque administrandi ratione proposuit, jam instituto applicat, cum hac tamen protestatione

tione

tione quod hæc magnificentia si cum DEI majestate conferatur sit τοσοῦτον καταδεεστέραν ὅσον τῆς ἐκείνου τὴν τοῦ φαυλοτάτου τε καὶ ἀσθενεστάτου ζώου. Quod quidem rectissimè dictum; sed consequentia in sequentibus falsa, videlicet quod, si ἄσιμνον sit Xerxen propriis manibus omnia peragere & perficere quæ vult multò magis sit ἀπρεπὲς, DEUM suâ essentiali præsentia omnia gubernare. Nam præterquàm quod similia nihil probent in humanis, multò minus in divinis arripimus ipsissimam autoris confessionem, ubi fatetur Zerxen in comparatione cum DEO, non habere proportionem vel vilissimæ bestiæ. Idcirco non sequitur, quod Xerxi non est decorum vel forsan possibile, id neq; DEO, quem nostræ rationis decempedâ, metiri non valemus.

Suam sententiam ex superioribus ita concludit: Σεμνότερον δὲ καὶ πρεπωδέστερον αὐτὸν μὲν ἐπὶ τῆς ἀνωτάτω χώρας ἱδρύσθαι, τὴν δὲ δύναμιν διὰ τοῦ σύμπαντος κόσμου διήκουσαν, ἡλιόντε κινεῖν καὶ σελήνην, καὶ τὸν πάντα οὐρανὸν περιάγειν, αἰτίον τε γίνεσθαι τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς σωτυρίας.

Quæ

Quæ egregiè à Scaligero Exer. 362, refutantur: *Operam*, inquit, *ludit: si sperat se nobis persuadere posse, DEUM esse in aliquo Ubi; & esse finitum* ἐν ἀκροτάτῃ κορυφῇ *ut agebat ille Seplasiarius veritatis. Deinde si DEI potentiam aliud esse ab ipso DEO somniavit.* Cœtera apud ipsum videre licet. Verum hanc suam conclusionem pluribus stabilire nititur fulcris. 1. Quia DEUS nullo indiget ἐπιτεχνήσεως aut ὑπηρεσίας. Sed hoc ut verissimum, ita ipsi maximè contrarium: Qui enim non utitur aut eget externâ aliqua arte & ministerio, is per seipsum opera sua perficit & absolvit, quod de DEO haud impiè asseritur. 2. Quia θειότατον videtur facillimè & sine omni molestiâ omnes species producere, quemadmodum μεγαλώτεροι (quidam μεγαλόεργοι non inepte legunt) qui machinis & rotulis artificialibus miros motus in automatis perficiunt unico saltem motu aut tenso fune, vel etiam νευροσπάσται qui imaguncularum, (quas Græci φαλλοὺς vocarunt, & Ityphallos de quibus vide Lucianum libr. de Syriâ Deâ) motus & lusus fidiculis quibus appenduntur tantâ industriâ moliuntur ut

saltare

ſaltare & oſculari ſe mutuo videantur ac alia mira perficere, quæ autor ipſe recenſet, & quidem μετά τινος εὐρυτμίας. De his loqui videtur Gal. in fine libr. 3. de uſu part. ubi inquit: ὅσοι διὰ τίνων μηρίνθων τὰ ξύλινα τῶν εἰδώλων κινοῦσιν, ἐπέκεινα τῶν ἄρθρων εἰς τὴν κεφαλὴν μέλλοντος κώλου κυνηθήσεσθαι, κατάπτουσιν αὐτάς. Pari ratione naturæ divinæ maximè competere putat ut ab ipsâ tanquam τοῦ πρώτου τῆς ἁπλῆς κινήσεως, Potentiâ progrediatur ed τὰ συνεχῆ & ab illa rurſum ad proxima & remotiora, donec omnia penetraverit, ut unum alterum moveat juxta proprias κατάσκευας. Sed licet verum ſit quod DEUS omnia perficiat & conſervet μετὰ ῥαστώνης καὶ ἁπλῆς κινήσεως, tamen inde non ſequitur illum eſſentia iis non adeſſe cum ſimilitudine illæ ab artificibus depromptæ gubernationi divinæ applicari nullo modo poſſint, ob cauſas ab ipſo autore ſuprà adductas. Et quid abſurdius ab ipſo fingi poteſt quam ſtatuere à DEO migrare potentiam quæ corpus ſibi vicinum moveat, ut illud proximum & ſic conſequenter. Cum ipſemet 1. de Cœl. c. 9.

T. 100.

T. 100. expressè asserat τὸ θεῖον ἀμετάβλητον ἀναγκαῖον εἶναι.

Sed quoiam dubitare quispiam posset, quomodo ab uno primo motore & unico impulsu tam discrepantes motus possent proficisci, cum quidam illorum sint διάφοροι, quidam ἑτεροιοί, quidam ἐναντίοι: illud declarat similitudinibus quibusdam, quarum prima desumpta à variis corporibus inanimatis, quæ licet ab uno projiciãtur motore, eandem tamen non habẽt motus rationem; sed pro figuræ diversitate motus obtinet varietatem; aliter n. σφαῖρα aliter κύβος aliter κῶνος aliter κύλινδρος movebitur, ἕηαστον scil. κατὰ τὸ ἴδιον σκῆμα. Secunda comparatio ab animatis petitaest, si enim quis animalia diversa; Aquea, terrena & aerea uno eodemque tempore & motu, è suo emiserit, sinu unumquodq́; ad suæ naturæ congruum tendet, Aquatile ad aquas, Aereum ad aerem, Terrenum ad Terram, licet una eademq́; fuerit causa quæ illis hanc suppeditaverit εὐμάρειαν. Ita quoque rem se habere demonstrat in corporibus cœlestibus in quibus ab uno & simplici diurno motu, ἀλλοῖαι πάντων διέξοδοι fiunt, & licet sub

unâ

unà contineantur globosâ circumferentiâ, nihilominus tamē maximam obtinent motuum particularium diversitatem, περὶ τὰ τῶν διαστημάτων μήκη, καὶ τὰς ἰδίας ἑκάστων κατασκεύας. Luna namque menstruo spacio circulum suum absolvit, αὐξομένη, μειουμένη καὶ φθίνουσα, Sol annuo, ut & Venus ac Mercurius, πυρόεις seu Mars biennio, Juppiter duodecim annis, Saturnus triginta. Ptolomæus Lunæ cursum definit diebus 27. horis 8. Solis 365. diebus, horis 6. quem ferè sequuntur Mercurius & Venus, Martis annis 2. Jovis 12. Saturni 30. Clavius in Sphæram Johan. de Boscho asserit Lunam totum Zodiacum percurrere diebus 27. horis ferè 8. & deinde biduum coosumere ut Soli assequatur. Solem diebus 365. horis 5. minutis 49. Sec. 16. quod spacium anni solaris appellatnr, quem æmulantur Venus & Mercur. Quovis enim die min. 59. Sec. 8. tert. 19. frerè progrediuntur. In Jovis & Saturni motu assignando à Ptolomaicis non differt. Incrementum & decrementum Lunæ Autor ex Atheniensium placitis assignat, quæ Hesychius particularius hisce persequitur: Φθίνων δὲ μὴν καλεῖται ὁ ἀπὸ εἰκάδος

ἕως τρια-

ἕως τριακάδος, μέσος δὲ μὴν, ὁ ἀπὸ δεκάδος ἕως εἰκάδος: ἱσταμένος δὲ μὴν, ὁ ἀπὸ πρώτης ἕως πέμπτης. De quibus nos fusius in Notis Hesiodicis. Undè concludit ex tantâ varietate unicam resultare ἁρμονίαν omnium astrorum per corpus cœleste χορευόντων quæ ab uno proveniat & in unum finiatur; ut vel hinc constet mundum rectè vocari κόσμον, non vero ἀκοσμίαν, & simul alludat ad dictum Heracliti, quod superiore capite produxit.

Tertia similitudo à choro depromitur, à quo quemadmodum est unus χωρυφαῖος qui quamprimum cantare inceperit, mox ut verbis Apuleji utar, *concinentium vulgus, virorum & fœminarum mixtis gravibus & acutis clamoribus unam harmoniam referunt*, ita quoque corpora mundana ἐπὶ τοῦ τὸ σύμπαν διέποντος θεοῦ. Nam ubi Coryphæus hic inceperit κατὰ τὸ ἄνωθεν ἐνθύσιμον, astra omnia ac totus cœlestis movetur exercitus; hæc enim per σύμπαντα οὐρανὸν intelligenda esse, ex commentariis cap. 2. liquet. Solem vero tanquam principalem inferiorum moderatorem binos

binos suo ex eodem fonte habere motus innuit, quorum alter, primo mobili respondet, quod videlicet 24. horarum ἀνατολῆ καὶ δύσει dies ac noctes discernit: alter vero proprius, quo totum Zodiacum diebus 365. & horis 6. permeat, ab Austro in Aquilonem pergendo ac quatuor anni tempora distinguendo. Cum etenim Zodiacus duodecim signis cœlestibus describatur, sex horum septentrionalia sunt, scilicet ♈, ♉, ♊ ♋, ♌, ♍, in quibus dum Sol versatur, Aquilonaris, & βόρεος dicitur, ac veris & æstatis tempora metitur. Sex vero Australia ♎ ♏ ♐ ♑ ♒ ♓, quæ dum peragrat Australis & νότως indigetatur, Autumni & Hiemis pars. Nec solum in cœlesti regione hæc producit, sed etiam in aerea, & terrenâ ἀργαιόγονος αἰτία existit, variarum affectionum, de quibus maximâ ex parte actum est cap. 4. In aereâ quidem mundi plagâ apparent ὑετοὶ ἄνεμοι, δρόσοι &c. In Terrenâ verò πηοταμῶν ἐκροαὶ, θαλάσσης, ἀνοιδήσεις, δένδρων ἐκφύσεις, καρπῶν πεπάνσεις, γωναὶ ζώων, παντῶν ἐκτροφαὶ, ἀκμαὶ καὶ φθίσεις. Undè apparet tùm propter effectuum nobilitatem, Solis eum allegare exemplum; tum quod inter

reliqua

reliqua ſydera primatum eum obtinere veteres exiſtimaverint. Undè Perſæ, teſte Tertulliano in linteo depictum eum adorarunt, ejusq; effigiem in clypeis guſtarunt. & ad ortum preces fuderunt.

Ita conſiderato DEO ratione effectuum quorum reſpectu eum eſſe cauſam continentem omnium, pluribus demonſtravit, ad eundem reſpectu ſuipſius contemplandum procedit. Primò itaq; eundem ut eſt omnium ἡγεμον καὶ γενέτωρ ἀόρατος conſiderat, qui tamen duobus mediis cognoſcatur λογισμῶ ſc. & τοῖς ἔργοις. Quod ex Orphæo deſumpſiſſe videtur: ſic n. ille:

οὐδε τὶς αὐτὸν
Εἰςοράα θνῆτων. item
Αὐτὸν δ' οὐχ' ὁρόω, περὶ γὰρ νέφος ἐςήρικται
Πάσι γὰρ θνητοῖς: θνηταὶ κόραι εἰσὶν ἐν ὄσσοις
Ἀσθένεες δ' ἰδέειν Δία τὸν πάντων μέδεοντα.

Rationem quâ in ejus pervenitur cognitionem hanc ponit. Ad cujus nutum cuncta creata officia ſua peragunt, ille eorum ἡγεμων καὶ γενέτωρ. Sed ad nutum DEI inviſibilis omnia à cœlo uſque ad terram, ſua faciunt officia, ἐνδελεχῶς ἐν κύκλοις καὶ πέρασιν

ἰδίοις

ἰδέοις. Ergò ipse eorum Dominus & creator. Minorem probat quia videmus in rebus sublunaribus alia indies oriri, alia disparere, & ex uno eodemq; principio (quod aliud esse nequit propter DEUM) infinitas species oriri. Hinc est Hermes: ἐστὶν αὐτὸς καὶ τὰ ὄντα, καὶ τὰ μὴ ὄντα τὰ μὲν γὰρ ὄντα ἐφανέρωσε, τὰ δὲ μὴ ὄντα ἔχειν ἑαυτῷ. Et alibi: οὗτος ὁ ἀφανὴς, οὗτος ὁ φανερώτατος, αὐτῷ νοῇ θεωρητὸς. Similitudine hoc illustrat ab exercitu bellico deprompta: quemadmodum n. audita tuba, & non viso imperatore singuli se accingunt, ac quod suum est faciunt, hic hastam, ille Galeam & Thoracē induit, unusquisq; ad propriā stationē se confert, impulsus unico signo à duce profecto. Sic in mūdo ὑπὸ μίας ῥῆσις ἀοράτου, καὶ ἀφανοῦ. Singula ad quod destinata sunt perficiūt, nullo impediente obstaculo. Ex operib. v. in cognitionē DEI invisibilis nos pervenire posse, exemplo animæ demonstrat, ut n. hæc licet ἀοράτος τοῖς ἔργοις demonstratur, cum omnis vitalis διάκοσμος ab eâ proficiscatur, ordinetur & perficiatur, ut sunt γῆς ἀρόσεις καὶ φυτεύσεις, τέχνης ἐπίνακι, γρήσεις νόμων ejus generis alia. Sic quoq; de DEO ratiocinari licet, qui δυνάμει

ἰσχρότατος

ἰσχιρότατος, κάλλει ἐυπρεπέστατος, ζωῇ ἀθάνατος ἀρετῇ κράτιστος ab humano oculo cerni non potest; Sed ex suis operibus demoustratur. Omnia etenim quæ in Aere, Aquâ & Terrâ fiunt ab ipso proficiscuntur, & sunt ἐργαῦ τὸν κόσμον ἐπέχοντος. Quod testimonio Empedoclis Pythagorici Gorgiæ Magistri, & teste autore 1. Metaph. summi Philosophi, uberius demonstrat, quia ita canit:

Πάνθ' ὅσατ' ἦν ὅσα τ' ἐστὶν ἰδ' ὅσατε ἔσται ὀπίσσω
Δένδρεατ' ἐκβλάστησες καὶ ἀνέρες ἢ δὲ γυναῖκες.
Θῆρες τ' οἰωνοίτε, καὶ ὑδατοδρέμμονες ἰχθῆς.

Quæ fuerant, quæ sunt, & quæ ventura trahuntur
Omnia produxit; Stirpes hominesq; ferasq;
Et volucres, & qui pascuntur in æquore pisces

Convenit hæc Aristotelis doctrina cum sacris literis, ex fide orthodoxâ, idem namque asserit D. Paulus Rom. 1. τὸ γνωστὸν τοῦ θεοῦ φανερόν ἐστι αὐτοῖς, ὁ γὰρ θεὸς αὐτοῖς ἐφανέρωσε. Τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτοῦ ἀπὸ κτίσεως κόσμου, τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται: ἢ τε

ἦ τὲ αἴδιος αὐτοῦ δύναμις καὶ θειότης. Pari ferè modo Act. 7. procedit ex operibus creationis DEUM demonstrando. Lactant. libr. 7. cap. 9. similiter, inquit, *DEUS non aspectu nobis aliove fragili sensu comprehendendus est, sed mentis oculis intuendus, cum opera ejus præclara & miranda videamus.*

Secundum quod DEO attribuit, est rerum omnium sustentatio, propter quam omnium sustentator meritò indigetatur, quod ut uberius declaret, binis utitur similitudinibus à rebus artificialibus depromptis, præmissâ tamen præoccupatione, quod sc. hæc quæ adferat μικρότερα sint, quam ut instituto satisfaciant. Ubi ante omnia notandum, textum autoris corruptum videri, ac pro eo quod legitur ἔοικε δ' ὄντος, εἰ καὶ μικρότερον παραβάλλειν τὸν κόσμον τοῖς ὀμφαλοῖς &c. legendum enim cum Vulcano censemus ἔοικε δὲ ὄντος, εἰ καὶ μικρότερον, παραφάλλειν τὸν ἐπέχοντα τὸν κόσμον θεὸν τοῖς ὀμφάλοις. Non enim institutum est Arist. comparationem instituere inter mundum & umbilicos, sed inter DEUM

mundum sustentantem & lapides istos. Idque abundè evincunt verba sequentia quibus similitudines hasce instituto accommodat hoc pacto. τὸν αὐτὸν ἔχει τὸν λόγον ὁ θεὸς ἐν κόσμῳ συνέχων τὴν τῶν ὅλων ἁρμονίαν &c. Prima itaque similitudo depromitur à lapidibus qui in fornicibus ὀμφαλοὶ vocantur, in medio enim positi totam structuram firmam ac solidam reddunt, simulque sustentant ne ullam in partem inclinet aut invocatur. Posterior à Scuto Minervæ quam Phydias fabricavit cui tam artificiosè suam conjunxit effigiem, ἀφ' ἧς ἐφανῆς δημιουργίας, ut qui eam tollere vellet, totam structuram statuæ demoliretur. Hic autem Phydias à Plin. l. 34. c. 8. & Macrobio 5. Saticin. commendatur, quod in statuis Deorum fingendis omnibus qui Athenis fuerunt palmam præcipueret. Inter reliqua vero etiam hoc Minervæ eo artificio quo ab autore describitur, fabricavit ἄγαλμα, nullo penitus usus Archetypo præter versus Homeri: quod postea in ἀκροπόλει (seu arce Athenarum, in editiori loco sita, in quâ templum Martis, Palladium ex auro & omnes thesauri custodiebantur) collocatum erat. Quo

& arti-

& artificium suum ostendit, & simul immortalem nominis famam acquisivit. Quemadmodum igitur umbilici in Testudinibus, Phydiæ effigies in statuâ Minervæ totam structuram continebant: ita quoque DEUS in mundo sustinet & sustentat τὴν τῶν ὅλων ἁρμονίαν, τε καὶ σωτηρίαν. Is etenim suam nobis si detraxerit opem & auxilium, ut concidant omnia & intereant, necessum est.

Sed ut ad Tertium quod DEO impiè attribuit, locum videlicet & situm corporalem, de quo etiam superius, quædam immiscuit eo commodius ex professo tractandum perveniat, insinuat hoc etiam dissimilitudinis in allatis esse, quod illa medium locum & situm structuræ obtineant, DEUS vero summum ὅτε μέσῳ ὤν, ἔνθα ἡ γῆ καὶ ὁ θολερὸς ὅτῳ τόπῳ, ἀλλ' ἄνω, &c. Idq; pluribus rationibus astruere haud veretur: quæ cum haud legem arguant impietatem, sigillatim sunt expendendæ.

Prima est hæc: Purissimæ essentiæ purissimus competit locus. At suprema mundi pars seu cœlum est purissima regio totius mundi. Ego illa

DEO tanquam essentiæ purissimæ competit. De majori non dubitat, Minorem confirmat, ex notatione nominum Cœli. Græcis enim dicitur οὐρανὸς ἀπὸ τοῦ ὅρον εἶναι τῶν αἴνω & ὀλύμπος q. ὁλολαμπῆ, eò quod expers sit omnis caliginis, motusque inordinati qui hic conspicitur, ob ventos & tempestates. Deinde idem probat testimonio Homeri ex libro 3. ὀδυσείας ubi in hunc modum cœlum seu ὀλύμπον describit:

Ουλυμπὸν δὲ, ὅθι φασὶ θεῶν ἕδος αἴσφαλες ἀεὶ,
Ἔμμεναι, οὔτ' ἀνέμοισι τινάσσεται, οὔτε ποτ' ὄμβρῳ.
Δεύεται οὔτε χιὼν ἐπιπίλναται ἀλλὰ μάτ' αἴδρη
Πέπταται ἀνέφελος λευκὴ δ' ἀναδέδρομεν αἴγλη.

Sed majorem falsissimam esse, si inclusivè intelligatur ex iis quæ supra de hoc eodem argumento allata sunt, patet. Quis enim locus sufficiens esse potest naturæ purissimæ infinitæ, quam cœli cœlorum capere nequeunt 1. Reg. 8. v. 27. & cujus magnitudinis non est numerus Psal. 145 v. 3. Ut igitur de naturis corporeis concedi aliquo modo potest (fallit enim quandoque) sic de incorporeis & infinita negandum. Minor quomodo

modo intelligenda ex commentariis in caput secundum hujus libri, liquet ubi cœlum ab omni alteratione & corruptione vindicari non posse demonstratum.

Secundum argumentum à communi hominum consensu depromit, quod scilic. ὁ ἁπὰς βίος assignet DEO τὴν ἀνὼ χῶραν, quod & gestibus confirmant omnes dum preces fundunt manibus in cœlum porrectis. Et Homerus quidem (cujus dicta Ethnici non secus ac nos oracula Prophetarum & Apostolorum, in magno precio habebant) testimonio suo id confirmat Iliad. κ. sic canens:

Ζεὺς δ' ἔλαχ' οὐρανὸν εὐρὴν ἐν αἰθέρι, καὶ νεφέλησι.

Sic & ex Latinis Poetis quidam: *Duplices tendens ad sydera palmas.* Horat. item: *Cœlo supinas si tuleris manus.* At à vulgi fatulis & sermonibus quid firmum concludendum? Cum sæpius in deteriorem declinet partem. Aut quid ex ceremoniâ aut gestu prave intellecto solidi in tàm arduo negotio petendum? Non enim junctas manus aliquid petituri, ad cœlum porrigimus, ut DEUM ibidem fixum & inclusum residere indice-

mus, sed potius ut nostram submissionem & devotionem hoc ritu exhibeamus. Pari etenim ritu fontes & supplices, aliquid à magistratu apud quem his in terris degunt impetraturi, auxilium & favorem implorare solent.

Tertium à dignitate & præstantiâ cœlestis regionis depromitur ac sic instituti potest: Quæcunque mundi regio est præstantissima, illa DEO tanquam essentiæ præstantissimæ competit. Atqui Regio cœlestis est præstantissima, ergo illa DEO tanquam præstantissimo competit. Minorem probat ex eo quod τὰ τῶν αἰθητῶν τιμιώτατα ut astra Sol, Luna & reliqua cœlestia incolunt cœlum, tanquam nobilissimum totius mundi receptaculum, quamobrem nec adeo corruptioni & alterationi sunt obnoxia, ut terrestria: sed ordinem & motum suum constanter observant. Hic par error est cum præcedentibus: DEUM etenim Opt. Max: immensum & infinitum cum corporibus mundanis, finitis, & creatis in comparationem trahit, à quibus consequentia nulla. Major igitur fallit. Quin nemo vel leviter saltem sacris tinctus literis, & ratione

præditus

præditus humanâ, non videt, necessariam aut esse, ut creatura ulla, parte sui quadam creatorem contineat & complectetur, & infinitum à finiti particulâ capiatur. Imò antequam cœlum hoc creatum erat, (si ita voluisset autor) ubinam illum tum fuisse dicet Aristoteles? Minoris probatio ita limitanda quoque venit, ut statuamus cœlestia corpora, non quidem alterationibus elementaribus obnoxia, sed tamen in suo genere sibi proportionatas subire mutationum vicissitudines; ac hac ratione si hominem exceperis, inferioribus posse dici præstantiora, concedi potest.

Quartum & ultimum ex Terrenâ mutabilitate & inconstantiâ desumit, quod eodem ferè recidit cum superiori, estq; tale. Quæcunque mundi pars variis obnoxia est mutationibus, alterationibus eo ruinis, ea DEI sedes esse nequit. At terra & terrena omnia variis alterationibus & mutationibus sunt obnoxia, Ergo terra DEI sedes esse nequit. Minorem operosè probat ex variis affectionibus terrenis, ut sunt σεισμοι, βίαιοι, ὄμβροι, ἔπιδρομαὶ καὶ ἀναχωρήσεις κυμάτων, βίαι πνευμάτων καὶ τυφῶνες,

de quibus omnibus cap. quarto, tàm quoad generationis modum, quam quoad causas actum est. His accedunt quoq; πύρκαια, καὶ φλόγες, quorum duæ traduntur species, altera ἐξ οὐρανοῦ & orientali plagâ cœli profecta, cujus generis illud incendium fuisse dicit, quod tempore Phaetontis contigit, de quâ fabulâ legatur Ovid. 2. Metam. Lucan. lib. 5. Imò ipse Aristotel. lib. 1. Meteor. c. 8. ubi dicit Pythagoreos quosdam Lacteum circulum Phætontis ruinæ tribuere; & de mirabil. Auscult. ait: *Propè Euphratem, lacum quendam esse ferventem & tetri odoris, adeò ut animal nullum ex eo bibat, & ejus halitus aves supervolantes necet; accolas v. ejus loci fabulari hunc esse lacum in quem Phæton præcipitatus fuerit.* Altera incendii species illa est, quæ in occidente ex terræ hiatibus erumpere solet, & χειμαῤῥοῦ δίκην suprà terram ferri, qualem Æthna ex suis crateribus evibrare solet. De quo supra quoque diximus, nunc hoc mirabile refert autor, quod repertum sit quoddam γένος εὐσεβῶν quid per medias illius flammas illæsos portaverint parentes: idq; ob pietatem illis contigisse διὰ τὸ βα-

σάζειν γέροντας ἐπὶ τῶν ὤμων γονεῖς καὶ σώζειν. Hanc Historiam præter Solinum refert quoque Valer. Max. lib. 5. cap. 4. *Amphinomus* inquit *& Anapus patrem & matrē humeris per medios ignes Æthnæ illæsi portarunt.* πλησίων γὰρ αὐτῶν ut verba autoris repetam γενόμενος τοῦ πυρὸς ποταμὸς ἐξεχίσθει, παρέτρεψέ τε τὸ μὲν ἐνθα τοδ' ἐνθα καὶ ἐτήρησεν ἀβλαβοῦς ἅμα τοῖς γονεύσι τοὺς νεανίσκους. Argumentum ipsum sano sensu intellectum quamvis concedi possit, non enim statuendum DEUM ita terræ aut terrenis hisce inclusum, ut extra ea non reperiatur, aut existat, cum ne cœli cœlorum eum capere valeant, tamen hoc autori non concedendum, quod penitus à terrenis hisce eum excludat. Nam *ex ipso, per ipsum, & in ipso sunt omnia*, Rom. 11. v. 36. & *non longè est ab unoquoq; nostrum, in ipso enim vivimus, movemur & sumus.* Actor. 17. vers. 27. & 28. Major itaque limitanda, nam de sede circumscriptivâ vera non vero majestaticâ & omnipræsentiæ.

Concludit demum hoc caput variis comparationibus conglobatis, quibus partim

tim ea quæ dicta sunt confirmare, partim DEI naturam explicare, ejusq; gubernandi rationem ob oculos quasi ponere tentat. Sic enim inquit: Καθόλου ὃ ὅπερ ἐν νηὶ κυβερνήτης, ἐν ἅρμασι ἡνίοχος, ἐν χορῷ κορυφαῖος, ἐν πόλει νόμος, ἐν στρατοπέδῳ ἡγεμών, τοῦτο θεὸς ἐν κόσμῳ. Sed tamen hanc inter eos agnoscit differentiam, quod illi variis motibus variisque difficultatibus & ærumnis sua perficiant: hic vero nec labore defatigetur, nec ullâ corporali infirmitate torqueatur in suis operibus: quia ἐν ἀκινήτῳ ἱδρυμένος omnia movet, quomodo & quando vult juxta cujusque speciei proprietates, differentias & naturas. Idque simili à Lege desumpto uberius declarat, quæ quidem immobilis ipsa est in animis utentium, sed tamen omnia administrat, quæ ad rempublicam pertinent. Nam juxta ejus præscriptum quicunque sunt in civitate ad sibi deputata munia properant ἔχοντες ἕκαστοι τὰ ἑαυτῶν ἔργα, δεσμοθέται, & Legislatores ad propria δικαστήρια βουλευταὶ consiliari seu decuriones & Curiales ut quidam volunt, & ἐκκλησιασταὶ seu qui convocati sunt ad

propria

propria σωέδεια. Imo quidem ad πευτανεῖον seu horreum publicum (quasi πυροταμεῖον) ut victum inde reportent festinant, quidam ad tribunalia ut causas agant, & se defendant quidam ad carceres detruduntur, ut mortem subeant. Instituuntur quinetiam δημοθοινίαι seu publica convivia, πανηγύρεις, θεῶν θυσίαι ἡρώων θεραπεῖαι & infinita alia solennitatum genera, quæ partim hic ab autore recensentur prout in usu apud Athenienses erant, partim Sophoclis testimonio ex Oedipo confirmantur cum inquit:

Πόλις δὲ ὁμοῦ μὲν θυμιαμάτων γέμει
Ὁμοῦ δὲ παιάνων τε καὶ στεναγμάτων.

Quod ita à Budæo expressum:

Sic urbs simul plena est vaporibus sacris
Resonatq; cantibus piis ac luctibus.

De hisce vero Athenienſium magistratibus videre licet Pollucem Onomastici lib. 8. & Demosth. in orationibus. Hæc autem omnia eò spectant ut demonstret pari ratione rem se habere in majori civitate, mundo videlicet, in quo νόμος ἰσοκλινὴς ὁ θεὸς ἐδεμίαν παραδέχεται διόρθωσιν

ἢ μετὰ

ἢ μετάπεσιν. Hinc Cicer. libr. 2. de legib. *Principem legem illam & ultimam mentem dicebant omnia ratione aut cogentis aut vetantis DEI gubernantem, ex quâ lex illa, quam Dii humano generi dederunt, rectè est laudata & orta.* Verum lex hæc æquilibrii quam DEUM ait esse, multò præstantiorem esse affirmat iis omnibus quæ exaratæ sunt ἐν κύρβεσιν (κύρβεις autem tabulæ fuerunt in quibus leges extabant, quas Plato in νίκας χαμμαπέτα χαλκεῖα vocat, quamvis & quasdam ligneas fuisse comperimus, Solonis namque leges teste Harpocratione ἐν ἄξοσι ξυλίνοις conspiciebantur. Hinc factum ut κύρβεις omnem publicam scripturam & leges indicaverint, sic enim ex Apollodoro Harpocration ὅτι ἀρχαῖοι λίθους ἱστάντες τὸ δίξαν ἀναγράφοντες, τὰς μὲν ἀπὸ τῆς σανίδων σήλας, ἀπὸ δὲ τῆς εἰς ὕψος ἀναβάσεως κύρβεις ἐκάλεν.) Et quidem hisce legibus multò præstantior & dignior habetur DEUS, eò quod ipse imperans ἀκινήτως καὶ ἐμμενετῶς universa in toto mundo, cœlo & terra constante administret, ac unicuique tàm

anima-

animalium quam vegetabilium distribuat, quod suæ congruum naturæ, ἀφ' τῶν οἰκείων σπερμάτων. Quod tàm inductione singularum specierum, quam Poetarum testimoniis uberius confirmat. Inter arbores quidem quasdam facit ἀκαάπτους aliis tamen usibus destinatas, ut sunt, Platanus, Pinus, Buxus & juxta Poetam Odyss. 6.

χλήθρήτ' αἰγείροστε καὶ Δώδης κυπάρισσος.

Alias ferentes καρπὸν ὀπώρης ἠδὲν ut

ὄχναι καὶ ῥοιαὶ καὶ μηλέαι ἀγλαόκαρποι.

Animalium vero divisionem duplicem adfert, alteram ex insitâ proprietate depromptam, alteram vero ex locis in quibus degunt. Priori respectu alia dicuntur ἄζωα alia ἔμψυχα. Posteriori alia Aerea, alia terrestria, alia aquatilia. Quæ omnia à nutu divino dependere & generationem ac corruptionem suam, à legibus divinis dependentem habere etiam Heracliti testimonio confirmat qui asserit, quod πᾶν ἐρπετὸν τὴν γῆν νέμεται.

Κεφάλαιον

Κεφάλαιον ζ. Caput VII.

Εἷς δὲ ὢν πολυώνυμος ὑπὸ καὶ τονομαζόμενος πολλοῖς πάθεσι πᾶσιν &c. *Unus porro DEUS cum sit pluribus nominibus appellatus est: ab iis utiq; &c.*

COMMENTARIA ET NOTÆ.

ULtimo hoc capite ea quæ in præcedentibus allata sunt illustrat, nomina DEI à variis proprietatibus & effectis hausta recensendo & certas in classes digerendo. Proponuntur namque primò usitata à quibusvis, quæ vel DEUM innuunt quatenus se in superioribus, vel effectis, vel proprietatibus quibusdam prodit. Vel eundem quatenus terrenis societatibus beneficia sua largitur adumbravit. Deinde quæ Poetæ ei attribuerunt, tàm ejus potentiam versibus exprimentes quam fabulis officia involventes, non intacta relinquit.

Præclarâ admodum & verissimâ sententiâ hoc caput orditur dum DEUM essentiâ unicum saltem esse statuit, licet πολυώνυμος, & multis nominibus à variis celebratus. Quocirca haud desunt qui existiment eum

hujus

hujus confessionis causa coactum fuisse,
tis dam-
de DEO
coactus
terquam
atone in
um prin-
origine
ominum
it ratio-
tot im-
uit, τοῖς
Idque
luctione
quàm
nomina
nausta,
es δι' ὃν
ntes τῆς
um nun-
quo Sca-
rcit. 365.
er omnia
unde &
n eadem
hoc

hujus confessionis causa coactum fuisse.



Κεφάλαιον ζ. Caput VII.

Κεφάλαιον ζ. Caput VII.

Εἷς δὲ ὢν
ἐστὶ κατο
τοῖς πάθε

ULtin
tibu
à variis p
censende
Proponu
busvis, q
se in sup
tatibus q
quatenus
largitur
ei attrib
bus expri
ventes, n
Præc
tiâ hoc c
unicum
& multi
Quocirc

hujus

hujus confessionis causa coactum fuisse Athenas relinquere, ne ab Arcopagitis damnaretur, ut Socrates, qui ob novam de DEO sparsam doctrinam, cicutam bibere coactus fuit. Hæc a. de DEO doctrina præterquam quod sacris, literis sit consona, à Platone in Timæo approbatur, ubi inquit: *Unum principium omnium rerum est, ipsumq; ab origine unum.* Ne vero quempiam tantâ nominum perturbet multitudo, mox subjungit rationem qua inducti unico illi DEO tot imposuerint: Κατονομαζόμενος inquit, τοῖς πάθεσι πάσιν, ἁπὲρ αὐτὸς νεοχμεῖ. Idque verissimum esse ut demonstret, inductione singulorum tàm in communi usu, quàm apnd Poetas existentium probat.

Inter usitata DEO attributa nomina quæ à rebus cœlestibus videtur hausta, primum est Ζεῦς, quasi eum diceres δι' ὃν ζῶμεν, hinc & alii ad hoc alludentes τῆς ζωῆς χορηγὸν seu vitæ datorem eum nuncupant. Παραλήτως Διὰ (ex quo Scaliger putat nos Diem dicere Exercit. 365. Sect. 4.) quasi διὰ πάντων φοιτῶντα per omnia se porrigentem & penetrantem, unde & Persæ ad totum orbem indicandum eadem

hoc

hoc voce utuntur. παραλήλως vero ita dici vult autor, & quod eandem ejus proprietatem indicat, & quia idem rectus obliquos hosce promiscuè ex utrisq; desumptis agnoscat. κρόνος (pro quo rectius κρόνιος legis, non enim Jupiter Saturnus dictus, sed Saturnius tanquam filius Saturni, nisi mentem autoris hanc esse hîc autumes, ut DEUM & Saturnum, unum eundemq; esse voluerit) & χρονὸς quoque dici affirmat eò quod sit æternus sine ullo termino, ab uno ævo ad aliud pertingens. Pari ratione quatenus οὐρανιος est & respectum habet ad effectiones aereas varia obtinuit nomina, nam & αἰστραπαῖος à fulgure, & βρονταῖος à Tonitruo, & αἴδριος à serenitate, tùm quia ipse serenus, tum quia serenitatem efficit, nam ὁ αἶδρος frigus matutinum denotare suprà ostensum, & αἰθέριος ab Æthere & κεραύνιος à fulmine & ὑέτιος à pluviâ eò quod omnium horum causa prima & principalis existat.

Rursum quia DEUS omnium bonorum in terris quoque autor est, illorum respectu χθόνιος dicitur, & varia habet nomina quæ partim ratione κοινωνίας majoris, eò quod

eò quod in societatibus majoribus ejus potentia conspiciatur: partim ratione minoris societatis, eo quod in privatis conversationibus vim suam exferat, ei sunt imposita. Ratione majoris societatis Παγκάρπιος toti mundo fructus & fruges suppeditans, Apulejo Frugifer, πολιεύς quod urbes custodiat & Respublicas gubernet. Γενέθλιος seu Natalitius quod uniuscujusq; præsit natali & efficiat ut homo in lucem edatur. Ἕρκειος septitius, ut interpretatur Budæus, vel ut alii Tutelaris, quasi lares tutans. Sic autem Jovem dictum volunt eò quod antiquitùs intra domus sepia in aulâ videlicet subdiali, ara ei ponebatur, & veteres Deos tutelares in quorum custodia urbes aut familiæ erant, ἕρκειους vocabant, quod illorum sacra tantum intra vallum & sepia seu mœnia urbium peragebantur. De quibus Liv. Decad. 1. l. 3. & Macrob 3. Saturnal. ὁμόγνιος seu Gentilitius, eò quod ab unius gentis familiâ sanctè colebatur. Πάτριος quòd toti patriæ communis. Ratione minoris societatis dictus quoque est ἑταιρεῖος quod inter sodales, φίλιος quod inter amicos, ξένιος quod

inter hoſpites, στράτιος quod inter milites, τροπαιοῦχος quod inter eos qui pro Trophæo decertabant, καθάρσιος quod inter eos qui puram vitam degere inſtituerunt, ejus ſacra ſemper veneranda fuerunt. Παλαμναῖος vero non ut Budæus *Sanguinarium*, nec ut Langius *Subdolum*, ſignificat, ſed Euſtatio teſte quando Jovi aut DEO tribuitur, illum indicat qui vindex eſt eorũ, qui manus ſuas ſanguine contaminarunt, aliàs propriè eum notat, qui manus ſuas ſanguine & cæde fædavit, à παλάμη palmâ. Ἱκέσιος, quod ſupplicum preces libenter audiat. Μελίχιον vero quidam cum vocari arbitrantur, quod ei poma tantum offerri, non vero animalia crediderint. Quidam ut Phornutus quod ſit εὐμείλικτος facilè precibus & ſacrificiis placabilis, ut Pluto ἀμείλιχος implacabilis, inexorabilis, vel ut Horatius inquit illachrymabilis:

Non ſi trecentis, quotquot eunt dies
Amice, places illachrymabilem
Plutona tauris &c.

Plutarchus ab hac ſententiâ non decedit cum Jovem μειλίχεον dictum vult, *eo quod placabilitas & clementia maximè*

deceat

deceat regem. Deniq; σωτὴρ ἐλευθερως eò quod à periculis servet ac liberet omnes. Imo plura ei esse attributa nomina quæ autor non persequitur innuit, cum eum affirmat esse ἐπώνυμον πασης φύσεως καὶ τύχης, utpote omnium causa & autor existens.

A communibus & tritis DEO tributis nominibus ad Poetica transit, ac primò ea proponit quæ ab Orpheo vetustissimo Poeta certis versibus sunt inclusa, & ab Apulejo sic reddita,

Primus cunctorum est, & Iupiter ultimus idem,
Iupiter & caput, & medium est, Sunt ex Iove cuncta,
Iupiter est terræ Basis, & stellantis Olympi.
Iupiter & mas est, estq; idem nympha perennis.
Spiritus est cunctis, validusq; est Iupiter Ignis.
Iupiter est pelagi radix, est Lunaq; Solq;,
Cunctorum rex est, princepsq; & originis autor.
Namq; sinu occultans, dulces in luminis auras
Cuncta tulit, sacro versans sub pectore curas.

Præter hæc ab Orpheo versibus inclusa, & alia fabulis involuta apud alios extãt Po-

tas, quæ non minus DEI exprimunt officia, qualia sunt: Ἀνάγκη, eò quod DEUS immutabilis sit essentiâ, εἱμαρμένη, quod ejus decreta inseparabili nitantur causarum & consequentiæ nexu, πεπερωμένη, quod omnia suis terminis & naturis circumscribat, & nihil extrà ipsum sit infinitum. Μοῖρα quod partes unicuique dederit vitæ suæ, & naturis singulorum propria & competentia impartitus sit. Ἀδράστεια quasi infallibilem naturalium causarum seriem dixeris; Αἰὼν semper existens, sempiternus. Vt vero illa quæ de Parcis dicta sunt manifestiora evadant, pluribus eam comparationem persequitur, & uniuscujusque officia certis temporibus, determinari ostendit, quæ etiam DEO rectissimè competunt. Prima enim earum Ἄτροπος dicta, præteritis præest, quæ cum sint ἄτρεπτα & revocari nequeant, non immeritò & hoc nomen sortita est. Secunda Δάχεσις futuris, quia omnibus in naturâ existentibus sua manet λῆξις. Tertia κλωθὼ præsentibus, eò quod unicuique conficiat, præparet & conglomeret suæ naturæ congrua. Quæ omnia cum DEO competant,

non

non immeritò & nomina Parcarum à veteribus Poetis, ei quoque sunt attributa. Hoc idem probat ex Platone 4. de Legib. ubi docet quibus opinionibus de DEO imbuendi sint cives, ut justa faciant & injusta vitent. Verba ejus juxta Marsilii Vicini interpretationem hæc sunt: *Sic itaq; ad eos dicamus, ô viri, sicut antiquus quoq; sermo testatur, principium finem & media rerum omnium continens recta peragit secundum Naturam procedens. Hunc semper judicium comitatur, eos qui à divinâ lege desciverint puniens. Cui quidem judicio quicunq; felix futurus est adhærens, humilis subsequitur atq; compositus.*

Nec est quod quenquam moveat Platonem hoc in loco ab Aristotele vocari γενναῖον, præclarum & eximium, cum alibi eum insectetur, ac graviter reprehendat. Ejus enim Candoris fuit Philosophus, ut quæ rectè à Platone dicta laudaret, quæ minus rectè vituperaret. Quin aliud in hoc libro agere non potuit, ad Alexandrum scribens.

scribens, ne in suspicionem ingratitudinis in præceptorem, apud eum incurreret, præsertim cum haud pauca ejus dogmata hic retinuerit & approbaverit. Ex hoc loco itaq; haud rite colligitur hunc librum Aristotelis non esse.

Index rerum memorabilium in hoc libello contentarum.

A.

Aer 48.
Aeris divisio ibid.
Aeris fructus 49.
Æoliæ insulæ 115.
Athna 115.
Affectiones aeris humidæ 87.
Affectiones aeris siccæ 93.
Affectiones Mundi in salutem universi tendunt 144.
Africa 79.
America 81.
America an Aristotel. cognita 56.
Anglia 70.
Animalium divisio
Apogæi venti 95.
Aqueæ affectiones 123.
Argumenta negantium Arist. esse autorem libri de Mundo 2.
Argumentum libri de Mundo 2.
Aristoteles an DEUM noverit 4.
Aristoteles an semper Platoni infensus 11.
Arist. an usus sit Dedicationibus 12

Arist. an dogmata Platonis defendat hoc libro 6.
Arist. opinio de divina præsentia 161.
Aristotelis stilus an sit in hoc libro 16.
Asia 79.
Astronomorum hypotheses 43.
Aura 95.
Autor libri de Mundo 1.
Axis Mundi 33.

B.

Brittanicæ insulæ 10.
Brittania & Hibernia an *Arist.* cognita 6.
Boreas 98.

C.

Celti 71.
Chasmata 123.
Cœli definitio 36.
Cœli dignitas 141.
Cœli effectus 142.
Cœli præstantia 176.
Cœlum quid 31.
Cœlum ignis dicitur 46.
Cœlum an corruptibile 37.
Cœlum an igneum 35.
Cœlum an moveatur 32. 35.
Cœlum purissimum 174.
Commendatio Philos. Speculat. 31.

Cometæ aerei an dentur 110.
Corsica 58.
Creta ibid.
Contenta in ignea regione 43.
Cyclades 60.
Cyprus 59.

D.

Dania 71.
Dedicatio libri de Mundo 19.
Deum esse causam continentem mundi 144.
Deum localiter in cœlo esse 173.
Deum unum esse 184.
Deus an essentia ubiq; 150.
Primi argumenti refutatio 150.
Secundi argumenti refutatio 151.
Argumentum tertium 154.
Deus an localiter in cœlo, 151.
Deus Coryphæo similis 166.
Deus cuncta proportionaliter distribuit 183.
Deus ex operibus cognoscitur 169.
Deus non defatigatur 182.
Deus non indiget arte. 182.
Deus omnium genitor invisibilis 168.
Deus omnium sustentator 171.
Deus quomodo inferiora moveat 163.
Deus similis Legi. 180.

Deus ut Scutum Minervæ 172.
Deus ut umbilici testudinum 172.
Divina quantum humanis præstent 161.

E.

Ecbatanæ 156.
Ecuephiæ 96.
Efficiens conservationis mundi. 132.
Elementaris regio 43.
Elementi varia acceptio 54.
Elementorum mistio. 128.
Encolpiæ 96.
Eubœa 59.
Europa 78.
Eurus 97.
Exacontissimus 189.
Exhalatio duplex 87.
Exhydriæ 97.

F.

Finalis causa conservationis mundi 143.
Fluctuum recursus 123.
Fluviorum natationes in mari 125.
Fluxus & refluxus maris 126.
Fonseca 87.
Formalis causa conservationis mundi 137.
Frutices marinæ 125.
Fulgor 109.

Fulgorum species 114.
Fulgur 103.
Fulmen 105.
Fulminum species ibid.

C.

Geographia 50.
Glacies 89.
Grando 92.

H.

Halo 108.
Herculis columnæ 61.
Hibernia 71.

I.

Ignis contenta 47.
Ignis descriptio 47.
Ignes è mari erumpentes 124.
Ignes subterranei 116.
Ignis an elementum ab aere diversum 44.
Imber 90.
Incendiorum naturalium causæ 116.
Insulæ an vicinis regionibus annumerandæ 82.
Insularum divisio 56.
Intelligentiæ an moveant cœlum 3.
Iris 107.
Iustinus Martyr. an librum de Mundo citaverit 19.
Iustinus an hujus libri fecerit mentionem 20

Κόσμος quid Græcis 27.
Lanugo 90.
Lesbus 59.
Libri de mundo an fiat alicubi mentio ab Arist. 13
Librum de mundo esse Arist. probatur 18
Liber de mundo an methodicus 15.
Lipara 115.
1. ex inscriptione 18.
2. ex dedicatione 19. 34.
3. ex rebus tractatis 19.

M.

Mare Atlanticum 67.
Mare caspium 69.
Mari mediterraneum 61.
Mare rubrum 67.
Maris divisio 60.
Materialis causa conservationis mundi 135.
Meteora 84.
Meteorologia 84.
Meteororum materia 85.
Motus contrarii quomodo ab uno motore 164.
Mundi æternitas juxta Arist. 2.
Mundi causa continens 147.
Mundi definitio prima 27.
Mundi definitio secunda 29.
Mundi definitiones an doceant libri de mundo non esse Arist. 10.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn749362987/phys_0236
DFG

Mundi divisio 30.
Pars superior 55.
Pars inferior Ibid.
Mundi pulcritudo 139.
Mundus cur non dudum dissolutus 130.

N.

Nebula 88.
Neurospastæ 262.
Nix 91.
Nomina Deo à Poetis tributa 189.
Nomina Deo à veteribus tributa 184.
Nomina Dei ab effectibus desumpta 185.
Nomina Dei à terrenis mutuata 186.
Notus 99.
Nubes 90.

O.

Orbes cœlestes an dentur 42.

P.

Patritij 26.
Parcæ 191.
Persarum venatio 158.
Phebol 74.
Plaga septentrionalis 82.
Planetæ 40.
Planetarum motus 165.
Planetarum numerus 41.
Platonis mentio honorifica 191.

Poli mundi 33.
Pontus Euxinus 65.
Providentia Dei quousq; se extendat juxta Aristotelem 5.
Pulchra similitudo 180.
Pruina 89.

R.

Ros 88.
Regum Persarum magnificentia 156.

S.

Sardinia 58.
Sardonium mare 63.
Scaturigines dulces è mari 125.
Scaliger 25.
Sicilia 57.
Simplicius an neget Arist. de mundo scripsisse 13.
Sinus Persicus 68.
Solis motus & effectus 86. 93.
Sporades 60.
Specus delphicus 117.
Specus Lebadicus 118.
Specus Phrygius ibid.
Stadium 76.
Stellæ fixæ 39.
Stellarum fixarum numerus & situs 41.

Stirigmus

Stirigmus 110.
Subjectum libri de Mundo 34.
Susæ 156.
Syrtes 62.

T.

Taprobana 72.
Taprobana an Arist. cognita 73.
Terra 51.
Terra an moveatur 30.
Terra Australis 82.
Terræ aereæ affectiones 117.
Terræ affectiones igneæ 114.
Terræ divisio 51. 77.
Terræ latitudo 75.
Terræ longitudo 77.
Terræ præstantia 142.
Terræmotus 120.
Terræmotus species 120.
Terrena incendia 178.
Terrenorum mutabilitas 177.
Theologia Aristotelica 146.
Tonitru 102.

V.

Venti regulares 97.
Ventorum divisiones 95.
Ventorum regularium numerus 99.

Ventus

INDEX.

Ventus	93.
Ventus an aer motus	93.
Virga	108.
Vulgi opinio de loco Dei	175.
Vulcanij	27.

FINIS.



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn749362987/phys_0240
DFG

non immeritò & nomina
ribus Poetis, ei quoque su
idem probat ex Platone 4
cet quibus opinionibus d
sint cives, ut justa faciant
Verba ejus juxta Marsilii
tionem hæc sunt: *Sic i*
mus, ô viri, sicut antiq
testatur, principium fi
rerum omnium contine
secundum Naturam pr
semper judicium comit
divinâ lege desciverint
quidem judicio quicun
est adhærens, humilis
compositus.

Nec est quod quenq
tonem hoc in loco ab
γενῶν, præclarum & exi
eum insectetur, ac gravite
Ejus enim Candoris fuit
quæ rectè â Platone dicta
nus rectè vituperaret. Q
libro agere non potuit,

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn749362987/phys_0245
DFG